
1139



Il manque 7 [illegible] et le [illegible] répété à la page 2 …


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Habes lector studiosissime

Fancisci Marij Grapaldi opus elegantissimum ea fide eaq; dili gentia a nobis excussum vt vix erratum offendas Cuius verborum indigestam multitudinem ne lectorem quesita offenderent iam in tabulam eamq; optimam optimo dictionu; obseruato ordine redegimus. Eme igitur incōtinenter & lege pensiculatius: multiiuga eruditione rerum varietate concinna id etiam(michi crede)relecturus :atq; voluptatem inde non paruam vtilitatē vero incredibilem recepturus id quod pleriq; omnes & verissimū ipsa lectione liquido cognoscent: & relectione procul dubio fateri ac demum alijs asseueranter prædicare cogentur.





Venundantur Parrhisijs a Iohanne Granion eiusdē ciuitatis bibliopola:in claustro Brunelli prope scolas Decretorum e regione diuæ virginis Mariæ.

1511

¶ Franciscus Marius Grapaldus Parmensis Lectori Sal.



NTonio Quintiano primi in hac vrbe nominis Bibliopolæ: compluribusq; alijs qui Sturnatim (vt ita loquar)huc conuolabant:annum ab hinc septimum libellos nostros dedimus disseminandos.Satio pacta est:& messis ipsa cum spicilegio in horreis cõdita:Placuit igitur rursum(quæ nostra est auiditas)sationis aleam subire. Et iterũ ecce sationem habes lector messorue. Cãdidissime:Solum altius repastinatũ:elegãtius excultũ est : fimus pinguior inspersus:glebæ duriores protritæ:Ne pigeat cãpum intrare Spica velvna decerpta hinc ad lętiora abiturus/Si ad manũ nõ fecerit:Scias tñ pauca latifundia sine glabretis aut rubiginetis inueniri : Ipse eqdẽ operã sedulã ĩpendi:tu lege:mete:excute alienos labores:& cõde q̃ bona sunt.Apludã granaq; abortiua æquũ est Pullos pipientes depascere:vel formicas in horreolis suis hypogeis sepelire. Vale & quicquid id est æquiboni consule.

¶ Bernardinus Saxoguidanus.

Aedes attalica domo vel aula
Tanto nobilior Neroniana
Quanto corporeæ minore vires
Censentur precio vigore mentis
Quis te Dædalus : aut eo quis ede
Maior te fabricauit Archimedes?
ParmensisMarius:diu supersit
Tali cum lare tantus Architectus.

¶ Summa & ordo operis.

¶ Libro primo continentur.

¶ Libro Secundo continentur.

Sequitur In dex eoꝝ quę ꝑcipua habentur:supra q̃. ccc alia inuenies scitu dignissima.



F

Finis

Franciscus Marius Grapaldus parmensis Illustri Horlando Marchioni palla vicino.

Signa dabit Plastes:leporem venator:& auceps
Perdices:crepidas sutor:& arma faber:
Istia & fartor : sumen:ventremq; faliscum:
Instar pyramidis Bubsequa lactis opus:
Et figulus capides: ientacula dulcia pistor:
Crœsus opes:numos diuitis arca Mydæ:
Attalicum textrix:redolentia coccina lydus
Infector:vates grande poema dabit.
Ast ego quæ potui:ne spernas munera : gerræ
Sint licet:est etiam grata Corolla Ioui.
Fœlix viue diu Marij non immemor:Euan
Phœbus Calliope tu mihi solus eris.

Philippus Beroaldus Bononiensis In laudē opis.

Tectum nobile multiplex venustum
Cellas:horrea:porticus:columnas:
Mensas:balnea:fornices:dietas
Extruxit tibi doctus Architectus.
Nec perpendiculo decem pedaq;
Metatus calamo sed eleganti
Structuram variauit & poliuit.
Lector perspice:rem statim probabis:

ILLVSTRI HORLANDO MARCHIONI PALLAVICINO VIRO PRINCIPI FRANCISCVS MARIVS GRAPALDVS PARMENSIS S.



CVM multi libelli/complurimaq; volumina/candidissime vir eruditorum oim fauissor constantissime: hac potissimū de causa sępius legantur: qa viris optimis illustribusue dicata sūt: ego hasce meorum studiorum primitias: seu magis lubet hęc nugamenta gerris syracusanis vaniora/sub tuo nomine edere constitui: vt cum legētes viderint tibi/ in quo virtutes de excellētia inter se certare iam norunt oēs/esse dicata: auidius legant: reuerentiusq; obseruent. Sunt aūt de partibus ædium: additis quæ conuenire videbantur ex ꝓbatissimis/quantum potui/ scriptoribus/& imprimis Plinio luce doctrinarum splēdidissima: quorum verba sępicule inter legendum notabis: nec de omnibus: sed quę crebra lectiōe occurrerunt memoria ingeniumq; suggessit: his equidē multa: illa vero q̄plurima (apes ex floridis herbātibusq; pratis mellilegulas secutus) in scedulis calamo digessi: magis dictionum studens interpretamētis q̄ locorum singulorū idoneis (vt Architecti solent) dispositionibus. Domus enim tā amplissime structurā nō docere: verū ędificatę partes describere: hoc ē singulis noia sua reddere: & breuiuscule fortassis q̄ decebat elaboraui. Cōplura fateor me vel addere vel diffusius scribere potuisse: quorū quibusdam cōsulto: ne in imensum opus cresceret: falce imperaui: quędam cū absoleta: tū nimis triuialia: minime cōuenire visa sunt. Pręterea alius alio plura & scire & rimari pōt nemo oia: hoies sumus. Mihi aūt satis est huius materię: quam publicæ vtilitatis ergo suscepi maximā partem tradidisse hoc breui Enchiridio / quod a semidocto intra decimestre spatium & cōceptum & editum pigmentariorum olitorum & artificum turbę semidoctulę emptionem/si venerit in auctione/ prestola-

Garræ siculæ.

Plinius.

Apes mellilegulæ.

bitur: Affranius quippe nauci nõ daret: nec licitator Plautus Cicum offerret. Ea tamen oia qualiacũq; sunt his pręcipue saturnalibus: quę nunc christiana religio ex ortu redemptoris saluberrimo Natalitia rectissime nũcupat ad te mitto tanq̃ Xeniola veterum morem Romanorum imitatus: vt cum talis sepositis: tesseris scruppis: & alueolo post ludum: quem tẽpus postulat: in ocio fueris: si tamẽ Africani Scipionis exemplo esse potes ocisus hęc legas: legendoq; cœlum expolitionis (dum modo castigatoris & non reformatoris operam requirere videantur) adhibeas: & illa veluti Aesculapius Virbiũ aut restituas ad vitam: aut iuuante Vulcano (vt Plato tragica poemata) liberes infamia: si peruenire nõ meretur ad famã. Noui eni ingenij tui acumen: noui acerrimum illud tuum iudicium: quod mediusfidius tanti facio: quanti Catonem illum adoriam gladio adeptum. Marcus Cicero romanę prĩceps eloquẽtię faciebat: & merito. In te nãq; summa doctrina & lepos viget atticus: musarum (vt dicunt) eloquio cõparandus. Quamobrem si has meas nugulas non improbaueris sublimi feriam sidera vertice. Vale & Marium tibi addictum excipe.

Saturnalia que Natalicia.

Francisci Marij Grapaldi Parmensis De Partibus Aediū Liber Primus



VNDI RVDIMENTO HOMINES FERI ET inculti ante fruges cognitas querna glande ac fructibus: quos passim e terra natura produxerat victitabant in speluncisq́ aut habitabant aut tecta siluarum incolebant. Verum agresti illo & ferino victu aliquātulum posito cœpere primum alij tuguriola de fronde harūdinibusq́ contexere/alij quemadmodū Doxius Cæli filius exemplo ab hirundinū nidulis sumpto: luto Acerato extruere loca q̄ cannulis temere cōtecta subirent: mox cogitationibus suis adijciētes res nouas: nō solū humiles casas sed et amplissimas domos fundatas & lateritijs parietibus aut lapidib⁹ erectas materiaq́ & tegulis tectas cōstruere cœperūt·veluti Athenis Eurialus et Hypbius fratres excogitasse dicuntur. Procedente demum tempore luxus ille Romanorū sumptuosiores ac splendiores erexit: et picturę honore: et ex toto fere orbe marmoribus trāslatis: & quod mai⁹ est solerti inuento ex arena in crustas sectis: quibus non contenta luxuria etiam addidit: vt trabes et parietes tanq̄ vasa inaurarētur: compluriaq́ ac diuersa ad habitandum loca non tantum vtilitatis opportunitatisue: sed & voluptatis causa ponerentur: de quibus ne lōgius q̄ res exigit nostra procurrat oratio hinc exordior: cādide & fœliciter lege.

Domorū inuentio. — Casa. — Secta marmora.

Parietes/Vestibulum/Ianua/ Atrium/Peristylium/ Caput Primum.



NTer Parietes Architectorꝫ omnium sententia lateritij præferuntur: vtpote si ad perpendiculum fiant ęterni: ideoq́ ad publica vt plurimū & priuata opera satrapū domos: & amplissimas principū regūq́ aulas ponūtur. E silice tamen greci diu probauere: erecti sunt & marmorei: quos Romæ primo scęnā. M. Scauri ędilis habuisse memorant. Verum excogitata arte marmora secandi in

laminas fuere in pretio crustati: crusta tantum marmoris intectu: qua primũ Romæ totius domus suæ parietes in celio mõte legimus Mamurram e formijs equitem Romanum operuisse. Sunt autem & priuatarum ædium & publicarum: significantq; structuram domus vniuersæ corpus ambientem: quæ si vndiq; viam habuerit Insulam faciet. Muri vero primum a Trasone erecti: siue mœnia vrbium & oppidorum: Structuræ quoq; quæ ędes intus distingunt ac separant diuersis nominibus ad varia opera vsusq; plurimos: parietes dicuntur & intergerini & Mediani: id genus omnia: iactis in solo stabili fundamentis: calce/arena/lateribus/marmore/gipso/cemẽtis crescũt & construuntur. At si stabile solum non fuerit ex vligine vel aquarum exundantia Fistuca instrumento sublicę paliq; ex alno imprimis pangentur ad fundamina. Calx ipa de albo saxo aut silice optima coquitur fornace calcaria p calcarios ad structuram: quæq; erit ex spisso saxo & duriore vtilissima: iusta tamen arenæ ab ariditate hærendoue mixtiõe temperata: vnde arenatum e calce & arena: & Arenarium vbi foditur: eius sunt fossitia fluuiatica/& marina/inter quas crassior: sabulum nuncupatur: Fossitiæ quartam partem calcis: fluuiaticæ & marinę tertiam addere conuenit. Laterum quoq; ex intrita fiunt genera tria: Lydoron siue Didoron longũ sesquipede: latum pede: Tetradoron e palmis quattuor: Pẽtadoron e quinq;. Doron.n. græci palmum appellant: & dora munera qꝫ manu darent: vnde Antidora. Variant autem nationes laterum nomina & formas quæ omnes siue oblongæ vel incuruæ: seu quadrangulæ vt in frontatis: trianguleuæ fuerint: fornace latericia durandæ sunt. Marmoris in ædificijs etiã num vsus probatur: qui apd' Romanos adeo percrebuit: vt nauibus ad id preparatis ex longinquis regionibus/trãsmarinis prouincijs/extremis nationibus adueherentur in vrbem marmora: nulla fere alia q̃ delitiarum causa: hinc Plinius alpes (quas in portento prope habuere veteres) ab Hannibale pœno mox a Cymbris superatas cædi in mille marmorum genera conqueritur. Est enim parium candidissimum a paro e cycladibus insula: simile ex Liguria vehitur ad nos quod a loco Caratiense vocitamus: tale ligusticum olim Lunensium Lapidicinæ dederũt. Lucullus marmori quod fere atrum erat illo delectatus nomen imposuit: cuius

Silicei
Marmorei
Crustati
Parietes
Insula
Muri
Mœnia
Calx
Arena
Arenatũ
Arenariũ
Sabulum
Lateres
Lydoron
Tetradorõ
Pẽtadorõ
Doron
Dora
Antidora
Marmoris vsus
Parium
Caratiense
Ligusticũ
Luculleũ

columnas duodequadragenū pedū Scaurus in atrio colloca=
Laconicū uit:quæ postea in Theatro Marcelli translatæ sunt. Laconi=
Ophites cum viride est & cunctis hilarius: ophites a maculis serpenti=
Porphirites. um quibus distinguitur nomen accepit: Porphyrites rubet cā
didis interuenientibus punctis Leucostictos vocatur. Primū
Leucostictos autem versicoloria marmora Latomię chiorum dedere: Bassal
tes ferrei coloris est & duriciei: vnde nomen mutuatur: onychi
Versicoloria primo. tes qui & onix ex Arabiæ montibus est e quo vasa potoria in
germania producuntur. P. Lentulus spinter amphoras ex eo
Bassaltes. & vrceos magnitudine cadorum ostendit: Alabastriten quoq;
onychites candidum cauare solent ad myrothecia: quoniam vnguenta
Alabastrites incorrupta seruare credit: est Tophus lapis fricabilis candidus
& minus inquit Plinius ponderosus qui Porus vocatur: Est pu
Tophus mex gręce κισσεριο quasi ptus⁹ erosusq; a vermiculo qui Cis
dicitur/qualis hordearius triticariusq; est: Sed de his iam satis.
Difficile nanq; esset enumerare singula genera in tanta multi
tudine: cum quilibet locus suum fere marmor producat. Pri=
Marmor externū primo. mus autem peregrinum marmor Numidicum quod fuit in co
lumnis habuit. L. Crassus orator: quem ob id. M. Brutus in
iurgijs Venerem palatinam appellauit. Cementa vero dicun=
Cementa. tur omnis rudior materia qua ędificia consurgunt: sed proprie
lapides vulgares subduri. Plinius l.xxxvi. medios parietes far
Cementarij. cire fractis cementis: inde cementarij fabri murarij qui parie=
tes ducendo/domos edificant/nomē acceperunt. Hi de pretio
totius operis faciundi: si cum domino conuenerint: ædifican=
Redēptores. dumq; id conduxerint redēptores vocitantur. A cemento Ce
mentitij/parietes etiā dicti: hoc scitu dignum: ordines ipos la=
terum in parietibus struendis a Vitruuio Coria nominari quæ
vulgo turba opificum cursus appellata. Sed eidem flexus āgu=
lorum in ędificijs & parietibus exterior versura dicitur quam
greci καμπτεν vocāt: & Ancones etiam a cubiti versura quā
Gypsum doq; legimus. Gipso quoq; parietes cameræ & infumibula ad
ditis arundinibus leuissime suspenduntur. Vsus eius & in alba
Maltha rijs pro tectorio. Sed in hoc pręfertur maltha: quę Plinio auto
re fit e calce recēti: & intrita: quæ in mortarijs hoc est Lacunis
& conceptaculis maceratur & fermētescit. Eo madido statim
vtuntur: quoniam celerrime coit: ac siccatum durescit: optimū
coquitur e lapide speculari: quo & sculptores & pictores pro=

typa Ectypa Iconia simulachra & compluria alia producunt: ac formas faciunt. fit & e lapide marmoroso: quod in albarijs apud nos probatur. Parietibus nanq; extructis Calx inducit: vnde calcata ædificia calce contecta / loricationem & tectoriũ appellãt: & precipue si leue politũue fuerit: vt super induci pos sit penicillis: vel albariũ vel pictura: & cetere id genus circũli tiões q̃ structurã plurimũ venustãt: nã & calx interdũ aspa reli quit ita vt grũmuli emineãt. Pli. de cucurbitis l. xviij. Reptãti bus inqt flagellis scãdẽtes parietũ aspa in tectũ vsq; natura sub limitatis auida: quo loco p artesum aspa: plerîq; lectitabant: ab arta calce aspera tectoria vel ab artao appẽdices e ligno inter= pretantes. Sed de hoc alias. Porrigitur aũt sepicule extra parie tem in facie domus mutulis e marmore suppositis locus ad as= pectãdum instar suggestus vel pulpiti quem podium & podio lum per diminutionem rectissime dicemus. Loricatio. Tectoriũ Albarium pictura Artes̃es podium podiolum

VEstibulũ ante ianuã locus: ne a pticula q̃ mõ intẽdit mo do minuit: & stãdo cõponi videt. Domos nãq; amplissi mas edificaturi añ ianuã vacuũ reliquere in quo togati cliẽtes qui patronũ: qui diuitẽ orbũ salutatũ ex cõsuetudine veniebãt priusq̃ p admissionales in salutatorio admitterẽtur / cõsistebãt: & neq; in via stabãt: neq; intra edes erãt. Ab hac igit cõsistitio ne & quadã quasi cõstabulatiõe spatia illa vestibula sũt appella ta. Plautus in mostel. Vide vestibulũ añ edis hoc & ambulacrũ cuiusmodi alii a Vesta deduci existimarũt Oui. in fa. Hic quoq; vestibulũ dici reor vñ precamur. Quã famur vestã q̃ loca pri= ma tenet. domusq; ptẽ nõ recte primorẽ significare. Greci p= pyleũ dixerũt. M. Ci. Offi. ij. Phalere⁹ Deme q periclẽ pricipẽ grecie vitupabat q̃ tãtã pecuniã i pclara illa ppylea pfuderit. Vestibulũ Admissio= nales. Salutato rium Propyleũ.

IAnua prim⁹ ediũ adit⁹ ẽ a Iano bifrõte cui oẽ pricipiũ cõ secrauit antiquitas: cetera intra ianuã gñaliter ostia sunt: seu valuas hẽãt siue fores: quis hec vsus corrupit: nã & Ianua a Thyre qua Ianitor p Ostio ponit: & Ostiũ a quo Ostiari⁹: p Ianua: gre ciθυρασ vocitãt. vñ Thyridiõ ostiolũ: & pseudothyra dedu cta Prothyra quoq;: & Hypothyra valuarũ hiãs illa cauitas ipa vero ostiorũ latera antas appellamus quãdoq; Parastatas: a qui bus antipagmẽta valuaꝝ ornamẽta: At postes q̃ post ostia stãt e populo / abiete / cupresso / & id genus cæteris clauis ferreis cõ fixi ad egressum & ingressum prohibendũ: & bullis auratis in= Ianua Ostia Ianitor Ostiarius Thyre Thyridiõ pseudo= thyra. Ante Antipag menta postes

terdum ad ornatũ & splendorẽ: in medio. Impaginũ æque distincti super cardines deuoluũtur/Hora. Veiani⁹ armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. posuerunt & maiores ex ære: hinc Camillo: Spurius Caruilius quęstor obiecit ꝙ in domo ostia haberet ærata: Nã fores proprie & per diminutiuũ Forulę dicuntur quę foras aperiunt. Plinius in .xxxvj. de Valerio publicola & eius fratre. Adijci decreto vt domus eoꝝ fores extra aperirent: & Ianua in publicũ reijceretur. Et Plutarchus parũ dissentiens a Plinio memorat Primũ. M. Valerio Publicolę fratri cũ de sabinis triumphasset domum publice positã: cuius fores extra aperiẽtur: cũ antea cæterarũ ædiũ intro referando impellerẽtur: vt ex hac cõcessione honoris appareret quotidie eam domũ aliquid publice admissurã. Valuæ quæ reuoluũtur & se velant vt ex Varrone Seruius attestatur. Porta vero ꝑprie est murorũ & castroꝝ: hinc decumana/hinc prętoria; ꝙ ꝑ eam portẽtur & exportentur cuncta: Alij inter quos est Donatus ab aratri portatione nomẽ accepisse existimarũt. Subiunctis nãq3 vacca & Tauro qui vrbẽ designabat: aratrũ manu suspẽdebat ne sulcũ quem primigenium dicũt faceret/ vbi aditus ciuitatis erant relinquendi: Portarũ deus Portunus: vnde & clauim manu tenebat/auctor Festus: veluti nunc claues dantur Diuo Petro qui Ianitor cælestis aulę vulgo creditur. Posticũ Itẽ Ostiũ: sed in posteriore ædiũ parte tantũ. Horatius. Atria seruantẽ postico falle clientẽ: Ammianus Pseudothyrõ vocat. Est & postica ad frugũ inuectionẽ domibus necessaria: vñ posticula: Apuleius: Per quandã breuẽ posticulã introuocat me. Fores aũt cũ planulis ferreis/ parietibus vt videmus cardinibus cõiungunt & sup illos deuoluũtur. Cardo ipse quasi cor ianuæ quo mouetur: huius dea Carda quasi Cardina apud Romanos fuerat: cuius ferię Kalẽdis iunijs celebrabãtur. Ouidius sexto Fastorum. prima dies tibi Carda datur: Dea cardinis hęc est. Hæc striges nocturnas & Lamias puerorum vt dicebant Cunas infestãtes a limine summouebat.

Fores — Forulę — Valuę — Porta — Decumana — Pretoria — Primigenius. — Postica. — Posticula. — Planulę — Cardo — Carda — Strix

Limen.

Limen tam superior q̃ inferior ostioꝝ pars. Iuuenalis pendẽtia linquit vela domus & adhuc virides in limine lauros: & poeta: Armatosq3 vident stãtes in limine primo. Limen autẽ superius quod Neoterici superliminare: Græci Hyperthyron & Hyperthyrion/sustinere solent sigilla quædã incurua &

Superliminare. — Hypthyrõ

gibbosa quæ Atlantes dicētur & a nostris Telamones virili q= dem effigie: nā muliebri si quę in ædificiis etiā stantes erectæ fuerit Caryatides vocabūtur: vt scribit Vitruuius architectus: Limina e marmore Numidico primus in domo posuit Marcus Lepidus Catuli in cōsulatu collega, verum magna repręhēsio= ne: A limine Liminaris lapis: & postliminiū ius cōpetens in ca= ptiuitate detentis, si ad propria repedauerint: At limen ipsum a limo obliquo ꝙ ingrediētibus exeuntibusq; trāsuersum sit: vt est apud Donatum & pompeium. Liminis deū limentinū vete res & forculum qui pręesset foribus coluerunt.

Atlantes
Lapis limi naris.
Postlimi nium.

SEra qua admota ostia clauduntur: Diuus Hieronymus in pauli vita ostiū quod patebat occludens sera obfirmauit: adserere enim est admouere vt Festus Pōpeius. At. M. Varro a sarire ꝙ est aperire dictam existimauit: Inde reserare recludere M. Cicero. Nec ita claudenda est res familiaris vt eam benigni tas aperire non possit: nec ita reseranda vt pateat omnibus: No nius Marcellus patibulū vocat ꝙ ea remota Valuæ patescunt. Serra alias qua quid secatur. Vergilius. Tum ferri rigor atq; ar gutæ lamina ferrę. Hanc vt Plinio placet Dædalus inuenit: vt apud Seruiū legimus Perdix illi nepos ex sorore primus mon= strauit. Ouidius in metamorphosi: Ferroq; incidit acuto perpe tuos dentes: & serræ repperit vsum: pessuli quoq; quibus ostia claudimus claueq; mox subdita reseramus: Apuleius in asino aureo: Tunc Myrmex tandē claue pessulis subiecta pandit fo= res. Item subdita claui pessulos reduco. Hinc Solomonis can= ticorum quinto: pessulū ostii mei aperui dilecto meo: Vbi Ni= colaus de Lyra ostiolum in porta nimis frigide interpretatꝰ est: Vnde oppessulata Ianua pessulis firmata. Vectes itē quibus fo= res offirmantur. Vergilius. Centum erei claudunt vectes: æter ta naq; ferri robora nec custos absistit limine Ianus. Vectem Cy= niras agriopæ filius inuenit: cuius nomine & palus ferreus pre fertim significatur. Clauis etiam qua fores arculæ & id genus multa: & clauduntur & aperiuntur. Vnde conclauia, loca quæ sub vna eademq; claue clausa sunt. vt apud Pompeium. Teren tius in Eunucho. Dum apparatur virgo in conclaui sedet. Vbi Donatus Conclaue inquit est separatior locus in interioribus tectis ꝙ intra eum, loca multa & cubicula clausa sint adhęren= tia triclinio. At Cicero Cōclaue ipsum triclinium est interpre=

Sera
Adserere
Sarire
Referare
Patibulū
Serra.
Pessuli
Oppessula Ianua
Vectes primo.
Clauis
Cōclauia.

Clauis primo. Clauicularius. Faber. Obices Vncini. Repagula

tatus: clauem Theodorus samius primo monstrauit: a qua faber clauicularius. Obices etiam num Pessuli/claustra seræ/vncini vocitãtur:& ab obijciendo teste Gellio nomen acceperũt: generaliter quęcunq; obstacula dici possunt: Silius Italicus: & fidos certant obices accersere silua. Verg. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Repagula item sunt quæ patefacien di gratia ita figuntur vt e contrario pangãtur: author Pompe. Ouidius: raptaq; de dextro robusta repagula posti ossibus illisit. Plinius. Abies valuarum repagulis & ad quęlibet intestina

Repages.

opera aptissima: hæc & repages.

Atrium

ATrium primus intra ędes aditus: Vitruuius: in vrbe atria proxima ianuis esse debent: ruri a pseudourbanis statim peristylia. Luce .xi. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet: & poeta: Atria longa patescunt. Vbi vt notauit Seruius culinam facere antiqui consueuerant: hinc atria dicta quasi atra propter fumi fuliginẽ: siue ab Atriatibus æthrurię populis vt author est .M .Var. Nam pompeius atrium ante ædes genus ędificij proprie dictum putat quasi aterrium ꝙ e terra oriatur: vnde Atriẽsis inter primores Seruus

Atriensis

nomen accepit: & Atriolum in amplis domibus in quibus erat

Tablinum Pinacotheca.

atrium maius: At proximus atrio locus Tablinum a tabulis vt grece Pinacotheca dicebatur: Pli. in .xxxv. Tablina codicibus implebantur: & monimentis rerum in magistratu gestarũ: alię in foribus & circa limina animorum ingentium imagines erãt affixis ostiũ spolijs. Item imaginum pictores Sopylon & Dionysium quorũ tabulę pinacothecas implent: & Apuleius Floridorum vltimo Medici (inquit) cum intrauerint ad ęgrum vti visant nemo eorꝝ ꝙ ꝑpulchra Tablina in ędibus visant: & lacunaria auro oblita. De Tablino quoq; meminit in .vj. Vitruuius Architectus. Esse tñ illa fere videt̃ dr̃ia: ꝙ i Pinacothecis tabulę pictę i Tablino reꝝ i magr̃atu gestaꝝ monumẽta ꝯtinebãt̃.

Peristyliũ.

PEristyliũ colũnis formã accipit. In tres eni aut quatuor partes habet porticus. Vitruuius Peristylia (inquit) in trãsuerso tertia parte lõgiora sint q̃ introrsus: colũna & tam alta q̃ porticus latę fuerit, Peristylioꝝ intercolũnia ne minus triũ q̃tuorue colũnarũ crassitudine inter se distẽt. Itẽ cõiungunt̃ his domus ampliores habẽtes latiora peristilya in qbus pares sunt quatuor porticus altitudinib⁹ aut vna quę ad meridiẽ spectat

excelsioribus. Id aūt peristyliū quod vnā altiorē habet porticū: Rhodiacū dicit: hūt eni domus egregia vestibula & Ianuas ꝓpias cū dignitate: porticusq; peristylioꝝ albarijs & tectorijs & ex itestino ope lacunarijs ornatas: Vbi intestinū opus e ligno fabroꝝ accipies qđ & Subliciū: & Occodomicū ędib⁹ aptū: Suetonius in Augusto & Marc⁹ Varro peristylū appellāt: cui nomē dedit Peri græca ꝓpositio: & Styli colūna: queadmodū ab epi capitellū Epistyliū noiat: Inde Tetrastylō decastylō a colūnarū numero: & pycnostylō in quo dēsiores sp issæq; sunt columnę. Rhodiacū Intestinū opus. Subliciū Peristylus

Porticus apud antiquos ad deambulationē & vmbrā erectæ sunt. Martialis. Claudia diffusas vbi porticus explicat vmbras. Et Sue. in Domitiano Sollicitior indies porticuū in quibus spatiari consueuerat: parietes phengite lapide distinxit: e cui⁹ splendore p imagines quicqd a tergo fieret ꝓuideret. Primi eas domibus addiderūt tyrrheni in quibus seruorū & concurrentium turba diuerteret quæ imitati Romani postmodum & in melius aucta ad suam rēpublicam transtulerunt: vt scribit Diodorus. Celeberrimæ autem porticus Romæ fuerunt Corinthia/ab ære corinthio quod erat in columnis ad circū Flaminiū erecta a Cn. Octauio: pōpeia: Claudia: Liuia ab auctoris nomine: & porticus Catuli quam de manubijs Cymbricis erexerat: Subterraneas autem Cryptoportic⁹ appellant: Sūt & miliariæ porticus ex passuū numero: sicut a stadijs quas Vitruuius stadiatas vocat: nisi quis miliarias porticus accipiat pro eis in quibus multæ porticus conuiæ procumbebant Sustentant omnes Columnis quæ ideo dictę sunt quod culmina sustineant autore Pompeio: Harum tria potissimum habemus genera. Teretes quadrangulas & in his Striatas: quadrangulę potissimum angulares quę antes: cęterę Medianę. Plinius eleganter cōcham & Apulei⁹ Metaphoricos frontem striatā dixere: quanta autē debeat esse crassitudo longitudoq; illarum in ędificijs docet locupletissime Vitruuius in tertio & in quarto circa Striglium inquit caua & angulos Striarum: nam Strię in columnis erūt partes extantes & prominulę: Strigles vero caue & cōditę: ipsiq; canaliculi: Apud veteres Doricę in ima crassitudine sextam partem altitudinis habuerunt: nonam Corinthię & Ionicę: septimam Tuscanicę: fuerunt preter has & Attice columnę quaternis angulis pari laterum interuallo; Columnas e marmore Porticus. Phengites Porticus primo. Porticus romæ Corinthia Pompeia Claudia Liuia. Catuli. Cryptoporticus Columnę Striatę. Concha.

peregrino primus Lucius Crassus orator de quo superi⁹ in domo sua posuit: Quod in summo earum ponitur in opere Epistylium nūcupatur: Plinius sic patris ędes Iouis quamuis lapideas columnas & epistylia circūdarent: sed & trabem quam colūnis imponūt instructuris architecti hoc noie significamus. Quod supponit spirā eruditiores/ cęteri Basem dixerunt: quę ad plura refert: Idē in Ephesię Dianę aede de qua prius sermo fuit primū colūnis spirę subditę/ & capitella addita. Spira itē genus operis pistorij: & funis nauticus in orbē cōuolutus: sed ꝓprie circulus qui in se ipsum nō recurrit. Hinc in ornamētis capitꝭ matronarū & in serpētib⁹ est spira: Plinius in nono: Lolliā Paulinā quę fuit C. Principis matrona vidi smaragdis margaritisꝙ opertā alterno textu fulgētib⁹ toto capite crinibus spiris aurib⁹ collo manib⁹ digitisꝙ: quę summa quadrigēties sestertiū colligebat: Claudianus i raptu persephones de serpētibus. Nūc spiris Zephiros tranāt: Martian⁹ Capella de nuptijs philologię & Mercurij: Et spiris toruo nituerūt astra dracone. Inter portic⁹ est Xystus lata ad hibernā exercitationē: ibi enim athletę per hyemem exercebātur: vt scribit Vitruuius: qui docet queādmodum faciēda sit. Vnde a Xisto Xistici: Suetonius in Augusto: Nec tamen eo minus aut Xisticorum certationes: aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit. Item nō tam statuarum & tabularū pictarum ornatu ędes suas: q̄ Xystis & nemorib⁹ excoluit. Vbi Xist⁹ pro ambulatiōe accipi potest in qua arbusculę sunt in plurimas species effigiatę: veluti & penes Plinium ad Apollinarem Ante porticū Xystus concisus in plurimas species distinctusꝙ buxo: Nā vt refert Vitruuius latini Xysta ambulatiōes appellāt: q̄s gręci Paradromidas: Cicero in Bruto: Cū ambularē in Xysto & essem ociosus domi. De Xysticis etiā nū Suetoni⁹ i Galba: vt & si quid scęnici aut Xystici donatum olim vendidissent auferetur emptoribus.

Epistyliū. Spira Basis. Xistus Xystici Nota. Paradromidę.

CAVEDIVM ET PVTEVS CAPVT SECVNDVM

Cauediū Puteus



Auedium vt Plinius/ Cecilius in Epistoliss dictiōe mutilata: siue cauū ediū vt. M. Varro dictiōe integra: loc⁹ est sub Dio vacuus: cinctus vndiꝙ porticibus ad cōmunē omniū vsum: quinꝙ autē generibus distinguitur/ quorum nomia: Tuscanicum:

Corinthium:Tetrastylon.Displuuiatũ & testudinatũ:singulorũ structurã & facies breuitatis causa scribere supsedimus:tũ etiam quia huiuscemodi structuris raro nunc vtimur & cũ vtimur ita mutamus ita venustamus vt aliæ videãtur: quisquis tamen illas nosce noluerit inueniet in libro Vitrunii de Architectura sexto: Circa cauedium loca disponent vnius cuiusq; rei vtilitatis gratia parietibus discepta:Veluti Penaria cella & vinaria:Coquinæ/cœnatio/cubicula/& Balneæ:Impluuiũ quoq; qua impluere im ber in domũ potest.M.Varro si relictũ erat in medio vt lucẽ caperẽt deorsum quo impluebat ipluuiũ sursum qua cõpluebat cõ pluuiũ vtrũq; a pluuia:Plautus in Amphytrione: deuolant angues Iubati deorsum in impluuiũ duo maximi:Cicero in Verrẽ ostendam in ædibus priuatis Verrẽ longa difficiliq; vectura columnas singulas ad impluuiũ numis quadragenis milibus non nimis magnas habuisse locatas.Suetoni⁹ in Augusto cõpluuiũ pro ipluuio posuit: E natã palmã ante ædes suas in cõpluuium deorũ penatiũ transtulit:vtq; coalesceret magnopere curauit. In eo autẽ Puteus fodiẽdus:nã in oppidis aut hic aut Cisterna necessaria est ne vt inquit Aristotelis ĩ Politicis aqua deesse possit: quæ & vtilissima ad munditiã: & saluberrima est vt Philosophi & medici referunt:& nos ex vsu liquido cognoscimus:nisi ciuitas fontium scaturigine redundet impendio laudanda : quæ et enim cœlum videt aqua salubrior iudicatur:vt multi credidere: Plinius obseruationem hanc vanam existimat. De puteo igitur Cisterna & fonte nõnulla his ascribẽda duximus.

Impluuiũ

Cõpluuiũ

PVteos primus Danaus Beli prisci filius ex ęgypto in græciã qua vocabatur Argosdipsion aduectus iuenit. Strabo quoq; scribit Danaides plurimos puteos argis effodisse: quo ex facto versus ille vulgat⁹est: Argos aquis vacuum Danaę struxere redundans:Hinc putearius fossor puteorum: in quibus(vt salis quæ notiora sunt taceam)argenti metalla reperiũtur. Indicio est Puteus in Hispania ab Hannibale inchoatus:qui in dies il li.ccc.pondo argẽti subministrauit. Ipsæ vero aquæ puteorum respectu fontiũ malæ sunt:vt sentit Auicẽnas. Stagnantes nãq; dãnantur: quę profluunt salubriores dicuntur. Hoc scitu dignũ est: quod tradit Aristoteles in Problematis: Summã puteorum aquã infima salsiorẽ:nec minus qđ referunt Seneca in quæstionibus naturalibus & Aphrodisęus:Puteanas aquas ęstate frigi-

Pute⁹ primo.

Putearius

Aqua puteana.

das hyeme calidas esse:quoniam calor per ęstatem aerem ambiens calidum: frigus in terrę fugat penetralia:quo aqua frigescit hyeme vero frigore aera occupante / calor in penitissima terræ descendit:& aquam calefacit.Natura quippe ita sanxit: vt ꝯtraria in eodem loco & tpe simul non manerent: Hinc Lucretius.

Frigidior cur in puteis ęstate sit humor?
Arescit quia terra calore:& deniq; si quid
Forte vaporis habet propere dimittit in auras:
Quo magis est igitur tellus effœta vapore
Fit quoq; frigidior qui in terra est abditus humor:
Frigore comprimitur porro omnis terra coitq;
Et quasi concrescit:fit scilicet in coeundo
Exprimat in puteos si quem gerit ipa calorem.

Emittũt omnes fere lanuginem quæ Muscus appellatur: vnde Muscosi fontes ac putei: & Columellę verbum Muscantur:nõ
Muscus autem ab odore qui & Muscus dicitur:gręce Splagnon &Bryon diuerso tamen ab illo qui Moschos vocatur.

Cisterna. CIsterna aquàm euripis/ aquagijs/& canaliculis/ siue nauicellis/ sub stillicidio positis/ ad imbres suspiciendos in ea inductam continet:ad quod alludẽs Horatius Flaccus in Satyris inquit Collectos ne bibant imbres puteosue perennes iugis aquæ: sic autem ideo dicta videtur ꝙ sit Cis id est infra terram autore Festo Pompeio:vnde.M.Varro disciplinæ rusticę libro primo Si omnino aqua nõ est viua cisternę faciẽdæ sub tectis: Vlpianus iure consultus:Cisterna aquam viuam non habet: & quidem cisternę imbribus concipiunt sed per glareã immissam
Aqua cisternarũ. & spongias purificatis: Medici cisternarum aquam inutilem aluo cõfitentur duritiasq; faucibus facientem: multi illam laudarunt: ꝙ leuissima sit imbrium aqua ex qua vt plurimum replentur:quod falsum esse in .xxxi.Plinius ostendit. Probatur tamẽ
Aqua pluuia. aqua pluuia ab Auicẽna propter subtilitatem licet facile putrescat: Decocta vero nulli est æquiparanda minore inflatione &
Aqua decocta. faciliore descensu:quoniam subtilitas decoctiõe acquiritur. Inuentum fuit Neronis principis aquam decoquere vitroq; demissam in niues refrigerare ita sine vitijs niuium voluptas fri-
Aqua optima. goris innocua cõtingebat. Optima est aũt aqua aeri perq̃ simillima:quæq; calefiat & refrigeretur celerius / quæ decocta vasis crustas non relinquit:quæ legumina citius percoquit/ & demũ

quæ leuior est:vt sentire videtur Auicennas & Hippocrates. At Plinius ad stateræ iudiciũ perraro aliquã dicit leuiorẽ inueniri.

Fons dict⁹ est ꝙ inde aqua fundit e terra: quę fontana ap pellata ceteris salubrior est & maxime terrę liberę vt Aui cennas testat:& cũ nullus sapor odorue aquarũ ad cibos esse de beat. Vnus tñ in toto traditur orbe fons aquę iocũdę olẽtis / in mesopotamia Cabura/qm̃ vt ferũt fabulę:ei⁹ aqua Iuno est pfu sa:Fõs erat ęthiopię quo loti pinde ac oliuo delibuti violã redo lebãt:& in ei⁹ aqua nihil inatare poterat: sed oĩa pessum ibãt in ꝓfundũ vt tradit Herodotus. In germania trans Rhenũ mariti mo tractu fons erat aquę dulcis solus:qua epota itra biẽniũ dẽ tes deciderẽt:Plinius auctor est: Fons erat Thebis Cissusa noĩe in quo Bacchũ nutrices cũ fuisset in lucẽ editus abluisse dicunt in fabulis: nã color vini splendebat aspectu trãslucidus potuq; mellitissimus vt Plutarchus in Lysandro:fons vti vino mixtus fuit Paphlagonię/ex quo potãtes madulsę:hoc est ebrij fiebãt: Apud Nasamonas fons erat p diem frigidus: noctu calidus: de quo meminerunt: Italicus/ Pomponius mela/ & Lucretius.Est apđ Hãmonis fanũ fõs luce diurna frigidus: at calidus noctur no tpe fertur:Solinus Aganippen fontẽ boetiæ dixit a Cadmo fuisse mõstratũ cui⁹ aqua facũdiã pareret:E Clytorio Arcadiæ qui biberint fiunt abstemij id est vini osores & inuinij vt recitãt Vitruuius/Vibius/Sequester/& Ouidius metamorphoseos vlti mo his versib⁹. Clytorio quicũq; siti de fonte leuauit:Vina fu- git gaudetq; meris abstemius vndis:Fõs aũt gręce πηγη. Vn de pagus simul positę villę hoc est rusticanę domus plures/no- mẽ accepit ꝙ circa fontes hę ponerẽtur:hinc paganus rusticus semipaganus semirusticus:& paganalia festa rusticoꝝ: vt a fon tibus Fontani dei & fontanalia.

Fons | Aqua fontana. | Cabura | Fontium diuersitas. | Cissusa | Madulsæ | Aganippe | Clytorius | Pagus | Inuinius | Abstemius | Villa | Paganus | Paganalia | Fontano | Fõtanalia.

Siphonculus signare videt tubos & fistulas siue epistomia quibus aquę murmurãtes emittunt: tales cõspicimus in fontib⁹ manu fabrefactis in quib⁹ sunt huiuscemõi lingulę plu res ꝓminẽtes & aquas plurifariã euomẽtes:Plinij ex epistola ad Apollinarẽ hoc aptissime verba declarãt quæ idcirco duximus subiungẽda: In hoc fonte Crater: circa Siphonculi plures mi- scẽt iucundissimum murmur:& paulopost. E stibadio aqua ve lut expressa cubantium pondere Siphonculis effluit / cauato lapide suscipitur gracili marmore continetur: atq; ita occulte

Siphonculus.

Fistula

temperatur:vt impleat nec redundet. Fistula vero a ferenda siue fundenda aqua dicta videtur: significatqꝫ vt Pomponius iurecõsultus inquit proprie tubos per quos aquas ducimus: a cuiꝰ similitudine instrumentum musicum & vlcus altum & callosum in corpore nomen sortitur: Dicuntur & papillæ in fontibus quæ aquas fundunt: Varro in re rustica Si adduxeris (inquit) fistulã & in eã papillas imposueris tenues (quæ eructent aquã) alij mã- mas vocant: græci Masthos: vbera Cassiodorus. Siphonculos

Siphones

ipsos per diminutionẽ a Siphonibus appellamus: quibus ꝓprie aquas aliudve liquidũ interueniẽte spiritu attrahimus atqꝫ emittimus: Seneca in quæstiõibus naturalibus: solemus duabus manibus inter se iunctis aquam concipere & compressa vtrinqꝫ palma in modum Siphonis exprimere.

Antlia

Antlia machinulæ est ad aquã hauriendã excogitata: nã αντλειν latine haurire dicit: Martialis Cura laboratas Antlia tollit aquas. & Põpeiꝰ Antlate haurire a greco αντλειν descendit: Liuius florem aut labant liberi ex carchesijs: Vtuntur rustici ligno oblongo ad aquam e puteis extrahendam vrnula:

Ciconia

Tolo.

quod Ciconiam a rostro Ciconiæ alitis hyspani dixere illi vero Telonẽ quidem tollonẽ a tollendo vt vegetius: Trochleæ nãqꝫ

Trochleæ

rotulæ sunt striatæ e ligno vel ære quibus aquas haurimus fune ductario & hydria. Lucretius. Multaqꝫ per trochleas & Tympana pondere magno Cõmouet: atqꝫ leni sustolit machina nixu. Et ex interpretatione Diogenis laertij sic scriptum inuenimus. Ego ita hisce iampridem assuetus sum ac si sonũ iugiter trochlearũ hauriam: nam dum saxa aquę ligna marmora & id genus cætera per trochleam sursum ductario fune trahuntur crepitus

Ductarius funis.

& sonus cõcitatur. Ductarius autem funis est qui per orbiculos trochleæ ducitur: Vrnæ vero vascula quibus aquas haurire so-

Vrnæ

Vrinare

lemus sic ideo dictę sunt ꝙ Vrinãt in aq̃. Vrinare est eñi in aquã mergi: vnde vrinantes & Vrinatores q̃ in aquã merguntur apud Varronem. Et Calistratus iureconsultus ad legem rhodiam de

Vrinatores.

lactu scribit Vrinatores merces extrahere ex vndis quas leuandę nauis causa in illas nautæ miserant. Delphini sidere oriente natus erit Vrinator autore Firmico Materno Complures equidẽ machinulæ ad aquam hauriendam parãtur: Proxima æstate cũ ad monasterium Diui Benedicti diuertissem in agro Mãtuano

Padilironum.

citra Padum: Padilironum qđ vocitant Vidi versatilẽ machinã

qua æneis vasculis quadratis & equo helciatio aquas haurie-bant: de simili meminit Vitruuius: Ita cum rota a calcantibus versabitur Modioli pleni ad summū elati & rursus ad imū re-uertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt. Sūt enim modioli vascula quadrata quibus cum tympanis ad hauriēdas ex puteo siue lacu vndas vtuntur: quoꝝ vt est apud Frontinum de aquæ ductibus alius erogatorius alius accepta-torius: Tympana vero machinæ sunt tractorię vt est apud Vi-truuium in .x. ad aquam hauriēdam sūma celeritate: aptissimę ad Salinas: & hortos irrigandos: & castellum vt Crater in fon-tibus aquę receptaculū: ex quo fistulis aqua decurrit: vt Iabo-lenus iureconsultus interpretatur. At Festus Diuidicula inquit antiqui dicebant quę nūc sunt castella ex quib⁹ a riuo cōmuni aquam quisqꝫ in suum fundum ducit. Modioli Tympana Castellum Crater diuidicula

HArpax instrumētum dicetur cum pluribus Vncinis quo Vasa & alia compluria quæ vel in flumine vel in puteis ceciderit extrahimus: dici potest & Harpago inter nauiū vtēsi-lia numeratus & ab Anacharse Scytha philosopho: vt dicitur inuētus: a grecis ambę dictiones sunt: nam apud illos ἁρπάζειν est rapere: Triuiales a lupo, quod rapax est animal Lupum appellant. Harpax. Harpago primo Lupus.

APOTHECA CAPVT .III.



CELLa Locus a cellādo vbi aliquid ꝯdebant: Inde a carne Carnariam: a farina farinariā: a lignis lig-nariam: a libris librariam: a caseo casearíam: & a vino Cellam vinariam dicimus in qua vt nomen Indicat Vinum seruatur. Vitruuius. Habeatqꝫ cō iunctā cellam Vinariam habentem a septētrione lumina fene-strarum: cum .n. alia parte habuerit quam Sol calefacere possit Vinū quod erit in ea cella confusum a calore efficietur imbecil lum. Plinius .xiiii. latus cellę Vinarię aut certe fenestras obuer-ti in aquilonē oportere: vel vsqꝫ in exortū æquinoctialē: sterqli nia: & arborum radices procul abesse omniaqꝫ odoris euitandi facillimo in vina transitu. De hisdem Andinus poeta in georgi cis. Nec cellis ideo contende falernis: Vbi Seru. exposuit Apo thecis: ita enim nuncupantur cellæ Vinariæ. Plinius Apothe-cas inquit fuisse & diffundi solita vina: anno sexcentesimo tri-gesimotertio vrbis apparet indubitato vini opimiani argumē Cella Apotheca

to:Item:Vina in Apothecis canis ortu mutantur quædam po=
ſteaq; reſtituuntur ſibi: Scribit Vlpianus Vina(quæ in Apothe=
cis ſunt)fundo inſtructo legato nõ cedere:ſi ſint illic non vſus:
ſed cuſtodiæ gratia: & ſic quęcunq; ibi quaſi in horreo haben
Horreum. tur: Vbi horreum accipitur locus ad cuſtodiam non ſolũ fru=
gum ſed rerũ aliarum ſepoſitarũ a quotidiano vſu: veluti apud
L. Apuleium in Metamorphoſi:Demonſtrat horreum vbi ve=
ſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat: a quibuſ=
Entheca dam Entheca nominatur: Cellam autem Vinariam cõcluſam
Vinaria & ſubterraneã ſi loci conditio patitur(Nam in pluribus regio=
cella. nibus Hypogea ſubterranea loca fieri in ædibus/ vliginis ma=
Hypogea. dor non ſinit)ac ſubdiali omnino pauimẽto cum Lacunula in
Vligo. medio ſternere habereq; conducet: vt & vina incorruptiora ſer
uentur:& ſi quid cadorum vel ſeruoꝝ vitio fuerit effuſum col=
Lacuna ligi poſſit. Lacuna ipſa & Lacunla dicitur liquidorum in terra
Teſtæ. concauum receptaculum. M. Tul. Lacunã improprie ex furto
dixit in auro factam: In hac veteres teſtis/dolijs fictilibus vina
ſeruarunt quę ſi duas aures vel anſas habuiſſent:Dyottę nomi
nabantur. Horatius. Deptome quadrimũ ſabina O Thaliarce
Dyotta. merum Dyotta. Item diffugiunt cadis cũ fece ſiccatis amici:
Cadi li= Nam primi in alpibus poſtea ruſtici cados ligneos circulis cin=
gnei prio. ctos excogitarunt: Cadi ipſi Seriæ Dolia vaſa dicuntur quib⁹
Serię. vinum cõditur:Epigrammatarius poeta. In vaticanis condita
Dolia. muſta cadis. Plinius. Dolijs etiam interualla dari:ne inter ſe vi=
tia ſerpant cõtagione vini ſemꝑ ociſſima. Terẽtius Releui om=
Materiarij nia dolia omnes ſerias: Cados optimos noſtri qui ſunt Mate=
riarij:e quercu:robore caſtanea producunt:quos circulis ame=
Viere. rina ſalice ligatis cingunt:vietores dicti:quando viere eſt liga=
re inquit feſtus vnde vimina:Vſi ſunt olim Tudertarni callaicis
finitimi dolijs & præſepibus aureis: vt eſt apud Strabonem. Il
Ad vinũ ꝓ lud autẽ ſcitu dignũ:qđ tradit. M. Cato in rebus ruſticis ad vi=
bandum. na probãda: Si vas ex hederæ ligno fiat:vt ciſſimbiũ:& vinum
Nota qđ aquã habere dubitabis in eo miſeris: Vina trãſiluere & rema
Opercula. nere aquã ſi mixta fuerit inuenies:Opercula ipſa cadoꝝ addita
maſtice & pice medicãda ſunt:apud nos ꝑ hyemẽ cinis:ꝑ ęſta=
tes arena adhibet:Inde Columellę verbũ operculare operculis
Fiſtulę. claudere: Fiſtulę vero ligneæ dolijs in fronte ponunt ad vinũ
Spinę apti⁹ depromendũ addit illis ſpina hoc eſt lignũ mucronatũ/
Stipate. cuſpidatũve a ſpinis id nomen adeptũ quę in arboribus/in fru
cticibus acutę ſunt:confert autẽ ſpinis fiſtulę immitendis in=

uoluere stupam ne perstillet fistula: nam stupa ad stipandũ optima: vnde & ipsum stipare deductum.

Vinum a vi nomẽ mutuatur vt placet Varroni in libris linguę latinę. Quatuor eius pręcipui sapores: dulce/acutũ/lene/& austerum: dulce minus inebriat: vt refert Aristoteles in Problematibus: stomacho innatat: austerũ facilius ꝯcoquitur: colores quatuor: albũ fuluum sanguineũ & nigrũ: Vinũ plantata primũ vinea Noe sub quo fuit diluuiũ inuenit: vt Lactantius diuinarũ institutionũ secundo testatur: Gentiles vero Dionysium qui Bacchus/liber/Lyeus/Leneus & Euan: Vini repertorem fuisse fabulãtur: At primus Italis Saturnus dedit: e creta in latiũ aduectus: In gallias autẽ primo vinũ Aruns ęthruscus vir clarus teste Plutarcho aduexisse dicitur ex Italia: Fuerat eq dem ante vrbẽ vini penuria: vt Mar. Varro auctor est: qui scribit Mezentiũ ethruriæ regem auxilium: Rutulis tulisse contra latinos vini mercede: quod iam in eorũ agro haberi esset cœptum: Sub regibus quoq; & tum postea: Romulus lacte nõ vino libauit: Numæ Pompilij lex fuit propter vini inopiã: Vino rogum ne respergito. Et. L. Papirius imperator aduersus Samnites dimicaturus vouit vini pocillum si vicisset. Deniq; inter dona inquit Plinius sextarios lactis sępius nunq̃ vini datos inuenimus. Post aliquot deinde annos Romę & in Italia Vini copia fuit: Ingeniosissimaq; in potu vita apparuit ad bibendũ generibus centũ nonagitaquinq;: & si species æstimẽtur pene duplici nũero excogitatis: Vina fusca in albũ colorẽ mutari satis notũ est: si Lomẽtũ: fabaceã farinã vino qs adijciat: vel ouorũ triũ lagœnę vasculo vinario ĩfundat alborẽ sale adiecto diuq; ꝯmoueat: id qđ Palladius & Apiti⁹ tradiderẽt: At dulce ex austero Origanũ herba musto ĩmissa facere existimat. Apđ veteres melle admixto fiebat mulsi nomẽ adeptũ vt ostẽdit Epigrãmatarius poeta eo disticho cui lẽma est mulsum: Attica nectareũ turbat ꝗ mella falernũ: Misceri decet hoc a Ganymede merũ: vñ Oenomel dicet quo verbo vtit Vlpianus iurecõsult⁹: nã veluti Hydromel & Oxymel ita Oenomel recte deducemus. Et passũ dulce fuerat ex vna quã gręci sticã vocãt nos Alpianã: Hinc vice mulsi eo paupes vtebant cũ minoris esset pcij. Martia. Gnosia minoꝝ genuit videmia Cretę hoc tibi: qđ mulsum paupis esse solet. Inter vina quoq; dulcia vinũ fuit qđ Græci Aigleuces noiant hoc ẽ sp mustũ id feruere phibẽtes: Primus Aristę⁹ mel vino miscuit suauitate pręcipua: vt scribit Pli. Et mulsi nutritu

Vinum
Sapores.
Colores vini.
Vinum primo.
Lex Numę.
Vini copia & genera.
Lomẽtum
Lagœna
album ex fusco.
Dulce ex austero.
Mulsum.
Oenomel.
Passum
Stica
Apiana.
Aigleuces

multos (inquit) longā senectā tolerasse cōstat Pollionis Romuli exemplo qui cētesimū annū excedens cū a diuo Augusto hospite interrogaret quanā ratione vigorē illū custodisset: intus

Vini genera. mulso. foris oleo respōdit. Habuerūt & cōpluria alia vini genera. Tortiuū nouissime expressum. Protropū āteq calcent vuæ

Tortiuum spōte defluēs: & a regiōibus nomē adepta Chiū: Lesbiū: Faler=

Protropū. nū Cecubū: Setinū Surrētinū: Calœnū: Signinū: Tarraconen

Trebianū. se: Spoletinū: Ceretanū: Fōdanum & ex Chio Aruisiū. Nostra

vernatiolū ætate præ cæteris: Trebianum: Vernatiolum: Amabile: & ex

amabile Creta Maluaticum quod vocant commendantur.

maluaticū DEfrutū fit musto ad dimidiā partē decocto (vt scribit Pli

Defrutum nius) a deferuēdo dictū autore Palladio. Inde vasa defru

Sapa. taria: sapa vero a sapiditate musto ad tertiā partē decocto: gręce ab ἑψειν qđ est decoquere Hepsema noiatur. Cū Plinio mi=

Hepsema

Mellaciū nime sentit Marcellus penes quē legimus Sapa quod nūc mellaciū mustū ad mediā partē decoctū. Defrutū si ex duabus partibus ad tertiā redegerāt deferuefaciēdo. Huic accedit. L. Columella. Nā mustum inquit q̄ dulcissimū decoquitur ad tertias: & decoctum sicut supra dixi defrūtūvocatur. Cuius igitur opinioni inhęrendum sit: Iudicent alij: ipse hoc vnum scio in condimentis defrutum & sapam pene sapore non distare.

omphaciū OMphaciū dici potest a nobis vinū ex vua imatura q̄ græ

Omphax ce Omphax. Omphaciū itē oleū fit ex eadē cuius medicinę meminit Plini. in. xxiiij. & in. xij. eius cōfecturā docet: Me=

Omphacinū oleum. dici ex immaturis oliuis Omphacinū oleū appellāt vt est apud Auicennam.

Acetum. ACetū quod vitio cadi seu vetustate fieri solet: stomacho prodest. Serenus & potu & fotu stomacho cōduci: acetum. Et Dioscorides vim aceti esse dixit eustomacham: colorē meliorem pręstat & cibos saporesq; non alius succus magis cōmendat aut excitat: pręterea digestionē adiuuās pesti aduersa=

Vis aceti. tur vt scribit Auicēnas. Eius quoq; ad multa remedia vis efficax: Siquidem. M. Agrippa supremis annis graui morbo pedū conflictatus cum dolorem illum perpeti nequiret demersis in acętū calidum cruribus in acerrimo morbi impetu euasit: nec mirū: quando aceti vis & calfacit & refrigerat vt scribit Aphrodisęus. Ouum si in aceto diu fuerit dissoluetur & cortex eius adeo mollescet vt per anulum transeat. Aceto plumbum effici=

Ceru∫sa tur Cerussa: æs quoq; transit in ęruginem. Margarite similiter

Aerugo dissoluūtur. Horatius filius Aesopi detractam ex aure Metellę

ſcilicet vt decies ſolidum exorberet aceto diluit iſignem Bac=
cam: Extat Cleopatræ & .M. Antonij ſpōſio de qua Plinius &
Macrobius meminerūt: Et. C. Caligulę exemplum luxurioſiſ
ſimum qui vt ſcribit Suetonius precioſiſſimas margaritas ace=
to liquefactas abſorbuit & panes obſoniaq; ex auro cōuiuis ap
ſuit: Oxō greci acetū dixere: Vñ Oxymel ab aceto & melle cu- Oxos.
ius compoſitionem docet Galenus in pharmaceuticis: Oxyga Oxymel
la quaſi lac acetoſum: Oxypora cōdimenta quæ ex aceto fiūt: Oxygala
a quibus Oxyporopolæ venditores. Ab aceto nos acetarium Oxypora.
cōdimentum appellabimus quo lactucas Erucam Tragopagū Oxyporo=
nunc vulgo Barbam petræ Acetoſam & id genus herbas con polæ.
ditāneas vel pedes porcinos elixos: Caparimue ſalitum ſiue ſi= Acetariū
ſeris radicem ſubcinere prunoſo coctam: & compluria alia cū Tragopa=
aceto oliuo ſale & aromatibus interdum cōdita ad eſcam pre= gus.
paramus. Acetoſa

LOra ſiue Deuteria quæ ſecūdaria veluti apud nos per vi Lora
ni charitatē Tertiaria: fiūt maceratis aqua vinaceis poſt Deuteria
muſtum acinis expreſſum: inter vina operaria numeranda vt Secūdaria
ſcribunt Plinius & Marcellus: quemadmodum lora optima fi= Tertiaria
at docet. L. Columella eiuſdem meminit. M. Varro rei ruſticæ Operaria
primo: eoq; aqua additur iquit ea vocatur lora q; lota acina ac vina
pro vino operarijs datur hyeme: habetur & vnum quod licet
merum ſit: terræ tamen altricis plerunq; vitio aquatū guſtu vi=
detur: id Villum recte dicemus; quale dandum eſt pueris: &
ſpleneticis.

FLocces vini feces autor Nonius: vnde. A. Gellius in no= Flocces
ctib⁹ atticis. Apulidam edit & flocces bibit. Hinc flocci Flocci
pendo & floccifacio verba deducta quæ paruipendere ſignifi=
cant: flocces enim fere nihili ſunt: ſiue potius a floccis qui lana
rum particulas notant a vellenbus diuiſas & euolantes: Teren.
Inuidere omnes mihi mordere clanculum: ego floccipendere:
Plautus in Caſina, tibi hic dū propitius ſit Iupiter: tu iſtos mi=
nutos deos flocciſeceris: Fit tamen exprimiturq; e fecib⁹ vinū Fecatū vi=
quod fecatum. M. Varro appellat: græci Tryginō a fece quoq; num.
quam Tryga nominant: & fex ipſa ſiccata recipit ignes ac ſine Tryginon
alimento per ſe flagrat pluribus officinarum vſibus ſeruiens.
Vina omnia fere Ianuario menſe poſt vigeſimam lunam defe= Fex vini.
canda ſnnt: nā illis plurimū detrahitur ſi relinquitur defecatio: Defecatio
cui ſeſe immiſcentes defecatores recte dicemus: vnde & defe= Defecato=
catum vinum. res.

Vappa
Triob oli
Gerones.
Nebulões.

VAppa vinum est quod odorem & saporem amisit. Hora. Qui veietanum festis potare diebus Cāpana solitus trulla Vappamq; profestis: Inde homines viles Trioboli/Gerones/Nebulones & nugatorij Vappæ dicūtur Plinius vitiūq; musto quibusdā in locis spōte feruere qua calamitate cū deferbuit deperit sapor Vappęq; accipit nomē ꝓbrosum etiā hominū/cum degenerauit animus Catullus: Satis ne cū isto Vappa frigoraq; & famē tulistis: Vitium est etiā si acet vnde fit acetum: si mucet mali odoris mucore cōtracto: a quo Mucidū vocāt nostrates.

Torcular
Prœlum
Lacus.

TOrcular lacus & prœlū pro eodē litteratores vsurpāt: sed proprie Prœlū est trabs: qua calcantur vuæ prœlij inde noīe deducto: Lacus qui cōtinet mustū prœlo ex vinaceis expressum & trāsmittit vt ī dolia ꝯdaẜ. Columella: Ante quā prœlo vinacea subijciantur de lacu quā recētissimū addito mustū in amphorā nouā eāq; oblinito & īpicato diligēter: Tibullus: Pleno piguia musta lacu: Lacus īpe grçce ληνοσ vnde leneus

Lenobates

Bacchus & Lenobates vuæ calcator: Torcular vero seu lubet Torcularium: totum ipsum est instrumētum siue machina: cuius structura a. M. Catone in re rustica describitur: Attrapetū

Trapetum

mola olearia. Vergilius: Teritur sicionia bacca Trapetis.

Tina.

TInia vasa vinaria apud antiquos fuere autor Pompeius: Marcellus Tinas appellauit: & vt manifestarium est grādiora nō erāt: veluti apud nos sub hoc vocabulo habentur nec ad eos vsus parata: his nāq; e ligno fabricatis & circulis cinctis musta cū vinaceis nr̄a tēpestate ebuliunt: ponūturq; a plurimis in angulo Apothecæ lateritia etiā: cū fistulis ī fronte ad musta trāsmittenda ꝓductis: apud veteres aūt īter Epitrapezia nume

Tinea.

rabātur: At Tina vermiculus diciẜ vestes chartas & quędā alia erodēs & aluearijs īfesta: Ouidius Agrestes tineę res obseruata colonis: Ausoni⁹: tineas cariēq; pati te charta necesse est: Martianus capella Vittisq; semiuulsis quas ī cumano antro post Sibyllā tinearū morsus cariesq; carpebāt: Ecclesiastici quoq; quadragesimosecundo capite dicitur. De vestimentis procedit Tinea: & a muliere iniquitas viri. Et Tineæ corporibus humanis in quibus aluntur: & presertim puerorum molestissimæ sunt:

Lumbrici.

quę Lumbrici dicuntur: & græce Elminthes: Vnde Cornelius Celsus in pueris censet nihil Tinearum verminatione fore periculosius: quando sæpissime necat.

Colum

COlum genus est quas illi e viminibus contexti a colādo dictū: nā vina apud ātiquos colabanẜ vt eēnt iocūdiora

quod a pleriſq; etiã num hodie ſeruat̃ verũ lineo colo quod vitarunt in vinis p̃ſertim generoſiſſimis maiores: quoniã eo colata vina perdere ſaporem exiſtimarunt. Hora. Integrũ perdunt lino viciata saporẽ:de colo meminit Verg. in georgicis. Colaq; prœlorũ fumoſis diripe tectis: nã qualos e viminib⁹ tãtummõ dicemus:De illo diſtichon eſt Martialis in apophoretis ſed niuarium id appellat a niue qua ad vinũ & aquã decoctam refrigerandã veteres vtebantur: Hinc niuẽ ſeruari menſibus æſtiuis conquerit̃ Plinius inquit:ſeruatur algor æſtibus cogitaturq; vt aliјs menſib⁹ nix algeat. Seneca in naturalib⁹ queſtionib⁹ Vnguentarios inquit Lacedemonij vrbe expulere & ꝓpere finib⁹ ſuis cedere iuſſerũt:quia oleũ diſperderẽt: quid illi ſi vidiſſent ſeruãdę niuis officias:Heliogabalũ ĩperatorẽ ſcribit Lãpridius montẽ niuiũ in viridario domus aduectis niuib⁹ ęſtate feciſſe. Quali Niuarium colum. Nix ęſtiua

INfundibulum e ligno excauato vel ęre dicitur per quod ĩ vaſa latices ex ſolio vt nomẽ indicat infundimus:quo vocabulo vtitur. M. Cato in re ruſtica:& Columella:Rarã inquit ſupra modum velut per infundibulũ trãſmittere imbres: Item alioquin plaga ip̃a deorſum ſpectans nõ tantum recipit humorem. q̃ illa quæ reflexa & reſupina more infundibuli p medulã tranſmittit quicq̃d aquarũ cęleſtiũ ſupfluxit: Vñ iuuenes& mulieres ĩ primis meliora dogmata & ꝯſilia audiẽtes cõparãtur infundibulo:nã more infundibuli quantũ hauriũt tãtũdẽ transmittũt & nõ cõtinent Flauius Vopiſcus in Aureliano de crapulatore/bibebat inquit infundibulo appoſito plus orca: Ruſtici noſtrates Lurã vocitãt: antiquiores aũt os culei & vtris Luram dicebãt:vnde Lurcones capacis gulæ homines:vt Lemargi & degulatores catilloneſq; nomen acceperunt. Solium vero ip̃m de quo mentionem fecimus vas ſalignum vel ex abiete dicitur in apotheca preſertim quoad vinum/plurimoſq; liquores tranſferendos/elutriandos/defrullandos/id eſt tranſuaſandos/& diffundendos/oleumq; decapulandũ vtuntur:vſus eius & ad pannos lineos vel canabinos cum lixiuio calido & cinere emaculandos. Infundibulum. Lura Lurcones. Lemargi Solium

PENARIVM CAPVT .IIII.



ELLARIVM QVAM CELLAM prõptuariam: aliј promptuarium appellant: Locus eſt in quo conduntur & ex quo promuntur ad victum neceſſaria: Diuus Hieronymus ſi tamen is eſt, Luce duodecimo, Cõſiderate coruos quibus Cellarium Cella prõptuaria.

nō eſt cellarium neq͛ horreum & deus paſcit illos: Eius qui curam gerebant cellarij dicebātur: Plautus in captiuis: Sume: poſce prome quiduis: te facio cellarium: eoſdem promos & condos vocat ꝙ de intus promāt: & intus condant: ait .n. in Pſeudolo: Promus & condus ſum procurator Peni: Auſonius: Promuſq͛ q̄ cōdus magis. Horatius foris eſt Promus: quo loco piſcis genus perperam nouellus interpres exponit: A penore etiā is locus Penarium v: Pompeius & Varro teſtantur & penuaria cella ſiue penaria vt Caper contendit nuncupatur. M. Cicero: Semper em̄ boni aſſiduiq͛ domini referta cella vinaria/olearia/ & penuaria eſt. Idem quarto Verrinarū. M. Cato ſapiens cellā penuariam reipubli. noſtrę: nutricem plebis Romanę Siciliam nominauit: Eſt aūt Penus non locus/vt triuiales grāmatiſtę: & quidam alicuius in doctrina nominis crediderūt ſed quicquid victus gratia ſiue eſculentū ſit ſiue poculentū cōditur ac ſeruatur. vt ſcribit. Q. Mutius libro ſecundo iuris ciuilis: Sabinus libro .v. ad Viteliū: Vlpianus de penu legata: Donatus Terentianum illud enarrās Cum in cellulam ad te patris penum omnē congerebā clanculum. M. Cicero in ſecundo de natura deorū & A. Gellius: Qui & thus & cæreos: ligna quoq͛ penori adſcribi poſſe ex Maſſurij iureconſulti auctoritate demonſtrat. Plautus in Pſeudolo: Nā niſi penus annuus hodie cōuenit/cras populo proſtituā vos. Dantur & penario Salgama ꝯditanea quęcunq͛ ad victū in vaſis ſeruata: vt fici in orcis: vuę in ollis vnde ollares: Sorba fœniculi/oliuę pyra & id genus multa in vrceolis: Vnde Salgamarium vas & Salgamarij venditores: Nos vero aromata/caſeū/carnes ſalitas: & nōnulla alia eſculenta penario noſtro dabimus ſeruanda: omiſſis frugibus quas etiā veteres promptuariæ cellæ dederūt: de quibus in horreo/ſuo loco dicemus: Vnde autem Penoris nomen deducatur Phauorinus Gellianus oſtendit: Quę etem̄ inquit longę vſionis gratia contrahuntur & recōduntur: ex eo quod non in promptu ſint: ſed intus & penitus habeantur Penus dicta ſunt.

Cellarij. Promus Condus Penarium Penaria cella Penuaria Penus Pen⁹ vnde

CAſeus a coacto lacte dictus videtur: nam fit lacte coagulato hędino in primis vitulorūue coagulo: prim⁹ id coagulare & caſeū (vt volunt) cōficere monſtrauit Ariſteus: Athenienſis: Lac vero ipſum nihil aliud eſt q̄ ſanguis cōcoctus: Ex caſeis qui fiunt maximi cibi ſunt bubuli & qui difficillime trāſeant ſumpti/mox ouili: minimi cibi & qui facillime deijciātur caprini: fumo apud Romanos in velabro: vnde Velabrēſes cō=

Caſeus Coagulū Lac Velabrēſis caſeus

diti:Cum moles sunt alibiles magis:in corpore non resides:ve teres & aridi contra: Auctore Var.Rei rusticæ secundo: Auicē nas quoqꝫ scriptum reliquit caseū recentē & nutrire & pingue dinem producere verum stomacho non cōferre: Aristoteles in tertio historiæ animaliū. Præcipuum inquit lac ad conficien dum reponendumqꝫ caseum ouilum caprinumqꝫ est:mox bu bulum:Equinum asininumqꝫ miscent ad Pphrygium caseum faciendum:bubulum quidem fertilius caseo est:quam caprinū cum ouilo caprinum miscuere siculi vt nunc etiā quicunqꝫ co pia id genus lactis abundāt:merum equinum Hippacen appel lant.Prima nobilitas in Italia caseo datur Parmensi his tempo ribus cum olim secunda Ianis daretur: Hinc nos disticho.

Caseus recens. Case⁹ vet⁹ Phrygius caseus. Hippax Parmensis caseus.

Non me vestinus pressit:non luna nec hyblæ:
Bubsequa:sum Parmæ nobile lactis opus:

Incorruptus diu seruatur:& is diutius cuius coagulo inditum sit cerebrum mustellæ:quem etiā a musculis a foricibus:nō at tingi Plinius attestatur: Zoroastrem legimus in desertis caseo vixisse annis.xx.ita temperato vt cariosam vetustatē non senti ret:Fit quoqꝫ caseus quem secūdarium vocāt/ex sero primi ca sei lento igne siue potius tenui flāmula modico tamē lactis ad dito tam diu ebuliente donec ad summū natauerit:Recoctam passim dicimus:Candida est & quasi spōgiosa nec gustu insua uis:multisqꝫ herbaceis pulmentis adhibetur: Salita etiamnum vice casei vtuntur rustici semipagani & tenuioris census pau pertineqꝫ conditionis homines in cibarijs: Serum vero ipsum purgatoriam vim obtinens lactis sanies est diluta: quam lactis quodqꝫ genus habere manifestariū est: Lac ipsum grece Gala vnde Galactopotę lactis potatores eo recēs coagulato vtimur in cibis secundę mensę:hinc faciunt nostri lactarij prę cęteris lacticinijs Iuncatas quas vocant a iuncis in quibus inuoluūtur eodem lacte nutritos collacteos appellant.

Caseus Scdarius Recocta Serum Iuncatę. Collactei.

SVccidia tergus suis siue massa carnis porcinę salita nun cupatur a suibus cedendis: nam id pecus primū occidere & salire vt seruarēt patresfamilias cœperūt.vt scribit.M.Varro in libris linguę latinę:Et Rei rusticę.ij.Qui inquit nō audierit patres nr̄os/diceret ignauū & sumptuosum esse qui succidiā in carnario suspēderit/potius e laniario q̄ e domestico fundo. Et M.Cicero:Iam hortū agricolę ipsi succidiā alterā vocāt. Non nulli succidiā dictā existimarūt qd paulatim succidit: Nonius successionem necessariā interpretatus est dixitqꝫ lardū signifi

Succidia Lardum.

care:quo nomine carnẽ salitam proprie notamus: vt sit lardum quasi large aridũ teste Macrobio. Vnde epitheton discretiuum pingue addiderunt: Ouidius: Pinguia cur illis gustantur larda Kalendis: & Horatius. Vncta satis pingui ponãtur oluscula lardo: neoterice eñ lardũ vocatur qđ in succidia pinguisculũ esse solet: adipe (qui nec cogitur nec siccitate aliqua frãgitur) salito.

Perna. PErna quę a pede nomẽ mutuat᷑ pars est e succidia: hinc Pernæ e concharũ genere pisces: ꝙ stant veluti suillo crure lõgo in harena defixi: Nam pernam pedem antiqui dicebãt: Cõpernes vnde Compernes longis pedibus sive genibus plus iusto coniunctis autore Pompeio. Succidia continet Pernã: Petasonem Petaso & lardũ: De petasone qui per diminutionẽ Petasunculus: & de Perna meminit duob⁹ distichis epigrãmatarius poeta i xenijs Musteus est: propera: caros nec differ amicos: Nã mihi cũ vetulo sit petasone nihil: Ceretana mihi fiat vł massa licebit: de menapis lauti de petasone vorent: & Hora. Quicquã præter olus fumosę cũ pede pernę: vbi epitheton adiũxit iuxta salsurã. M. Ca. qui in libris rerũ rusticarũ Pernas salitas in fumo biduũ suspẽdere precipit: Plautus i captiuis: Quãta pestis pernis veniet: Carnariũ quãta lardo: aduenienes totũ deturbabit cũ carne carnariũ: Carnarium nãq; (vt nomẽ iudicat) & locus est: in quo caro habetur & instrumentũ cũ pluribus vncinis quibus succidię appendun Caro. tur: nã vbi vẽditur: Macellũ & laniena vocatur. Caro ipa a cadẽdo ꝙ euolata anima corpus deficiat dicitur nõ modo quadrupedũ bipedũue sed & apedũ inter quę aquatilia numerãtur: Bi Carnes ad salsuram pedũ presertim anserina sale cõditur: vtũtur illa apđ nos q sunt superstitiosi Iudęi suillã Leui. xj. interdictã ex veteri lege (quã omniparẽtis dei filius Mesias aduenĩẽs abrogauit) nõ mãducãtes: Quadrupedũ Porcina pinguedine humidula præ cæteris & bubula ad salsurã cõmendatur: Inter aquatilia vero anguilla Cordylæ. Pelamides Thynniũ. Clidium Melãdrya Cybium rũ: Thynni & eiusdẽ piscis Cordylaꝝ & Pelamidũ ad salis conditurã probatur: Vnde Thynniũ quod & Thuniũ: nã Thynni ceruice & abdomine in precio fuere: atq; Clidio hoc est iugulo tantum recenti: cætera pars plena pulpamentis sale asseruatur. Melandrya vocatur cesis quernis assulis simillima. in vsu fuerant & Cybiũ & Vręum Horęumue ex eodem genere: Cõdiũtur etiãnum sale e piscibus alij cõplures ac eorũ oua. Vnde oatarícha legimus ad quadragesimale imprimis ieiunium in quo non solum terrestriũ omnium animalium carnẽ sed & caseum & alituum oua degustare prohibemur vt est quarta distinctio-

ne Decretorum pontificalium:hinc salire cœpimus etiam fungos:& imprimis rubentes Boletos:Lacinias subruffas circa castaneæ radices forma ampliore erumpens:Spongiolos albicātes & coccineos:& a digitis Digitellos. Nam pratenses & pruneoli siue Spineoli per ver e spinarum radicibus recentes tantum mensis apponuntur. Spongioli Digitelli Pratenses. Pruneoli Spineoli

SVmen fit ex papillis suillis vno die post partū sectis & salitis/Martialis in xeniis:Esse putas Sumen nondū sic vbere largo effluit:& viuo lacte papilla tumet:a sugendo vt Marcellus interpretatur Sumē appellatum:siue vt alij quasi Rumē a māma quam veteres Rumam vocabant.vnde subrumi agni lactentes:& Rumia dea quę lactentibus preest pueris/ & mulierum māmis/veluti apud nos Diua Agatha:dicitur & abdomē (vt Plinio referente) didicimus: Satyrographus Poeta pro panticibus obesis posuit:Montani quoq; venter adest abdomine tardus:Nam Abdomen in homine vt ait Celsus ab Iliis ac pube sursum versus ad præcordia pertinet. Sumen. Ruma Subrumi. Rumia. Abdomē.

VVlua suilla lautissimi cibi erat apd̄ Romanos de qua multa tradūtur a Plinio qui optimam eam esse dicit quę fuerit porcæ occisę partu enecto:Eiectitia vocat altera edito partu Porcaria:e primipara Sue imprimis probatur: Horatius Cū sit obeso nil melius turdo nil vulua dulcius ampla Hunc sequitur epigrāmatarius poeta in xeniis:Te fortasse magis capiet de virgine porca.Me materna graui de sue vulua capit.Vulua autem quam vterum & locos appellamus in mulieribus sub matricis nomie a medicis significatur: Vnde in sacris litteris cum mortuis parentant canunt flamines: Quare de vulua eduxisti me Et Plinius.Boletorum prorumpentium in oui speciem:album illud inuolucrum Voluam nuncupat: At proprie matricē vteri ceruicem & Orificium Interfœmineumue ipsum dicem⁹ quæ etiam apud Columellam fœminam notat ad prolem deputatam:veluti marem admissarius. Vulua suilla. Eiectitia Porcaria Vterus Loci Matrix Volua Orificiū Interfœmineum

LVcanica genus ē farciminis & Isicij notissimi a Lucanis ppřis a qbus milites Ro.eā facere didicerūt:autor Varro Marti.Filia Picœnę venio lucanica porcę:Pultib⁹ hic niueis grata corona dať:ei⁹ cōpōnē docet Apiti⁹:Est & Falisc⁹ vēter non dissimilis(vt opinor)lucanicę inuētus primo in faliscis vñ nomē.Papinius.iiij.Silua.Nō lucanica nō graues falisci:Hila item farciminis genus est ab hira tenui intestino quod ieiunū vocant:vel ab hilo id est minimo,Hora.Perna magis an magis Lucanica. Faliscus venter.

Farcimina hilis. Farcimina autem inter quæ & longanones & sanguiculi
Longano- & Apexabo numerantur a fartis intestinis nomen acceperunt:
nes. replentur quippe rebus multiiugis: veluti sale/ caseo/ carne mi-
Sãguiculi nutim/frustulatim/tessellatimue concisa aromatibus: sanguine
Apexabo. hædino comprimis & suillo: adipe & id genus reliquis: Isitia
Isicia quoq; farcimina notant. Donatus fartores inquit qui Isicia &
Fartores. farcimina faciunt: difficilia sunt omnia ad concoquendum cu-
ius rei causam referunt Macrobius & Aphrodisæus: Commē-
Sincipita. dantur imprimis linguæ ad farturam: Sincipita etiam suilla &
Glandia glandia: quæ suam laudem apud antiquos sale tantum cōdita
Isicia prio habuerunt: Primum heliogabalum ro. imperatorem Isicia de
piscibus excogitasse cōperior.

Axungia AXungia adeps porcinus interior: Plini⁹ Axungiā inquit etiam græci appellauere in voluminib⁹ suis: E sue quæ nō peperit aptissime vtuntur ad cutem mulieres axūgia: nostri hodie ex ea tessellatim concisa & mox ad ignem in vase æneo
Liquamen liquefacta faciunt liquamen quod appellant: Id exēptum & in olla testacea conditum vsui toto fere anno est: Axungia aūt ex eo nomē est adepta: q; ea precipue maiores axibus vehiculorū perungendis vt nunc etiā Rustici ad faciliorem circūactū ro-
Aruina tarum vtebant: alij axes ab ea dictos volunt: Aruina vero intra viscus & cutem dicetur pinguedo.

Butyrum. BVtyrū natura oleosum ex lacte fit: & vt plurimū bubulo: Plinius. e lacte fit & butyrū barbararū gentiū laudatissimus cibus: & qui diuites a plebe discernat plurimū e bubulo: & inde nomē. Pinguissimū ex ouibus: nam vt scribit Aristoteles hist. aialiū tertio: lacti inest pinguedo: quę etiā cōcreta oleū p̄pe trahit: Rusticulę nostrates ex lactis particula piguiore: quæ noctu in summo venerit: crebris ictibus ĩ vase ligneo oblōgo/ sed oris āgusti ĩpulsa: pauxillo aquę addito donec durescat p̄ducunt Butyrū: Exiguo gustu sitim & famē sedat: vires conseruat: p̄dest & tussiculæ: venenis aduersatur: vt scribit Auicēnas

Venafra- OLeum ab olea: oliuum ab oliua nomē mutuatur: vtrūq; frequens apud poetas: Venafranum palmam obtinens
num. in maximo p̄cio fuerat vt testantur Strabo & .M. Var-
Oliuum. ro: Vnde epigrāmatarius poeta in xenijs: Hoc tibi cāpani sudauit bacca venafri: Vnguētum quoties sumis & istud olet: Oleū
Oleum & & trapetes primus Aristæus atheniensis inuenit: Palladi non-
Trapetes nulli olearum oleiq; educendi inuentionem dederunt: nam
primo. ante huius deæ Ortum erat hæc arbuscula cū alijs siluestribus

immixta:oliui vsus aberat cum esset ignota:hæc olei exprimẽdi modũ inuenit:vt scribit Diodorus:hinc Silius.Inuento primam Lybien perfudit oliuo:Ex oleis fecem expressam antiqui fraces dixerunt: oliui vero ipsius Amurcam:a qua examurcari sordibus purgari:Oleam tradit Fenestella: in Italia hyspania & Africa non fuisse Tarquinio prisco regnante anno centesimo octogesimotertio.Vrbis quidẽ anno quingẽtesimoquito Appio Claudio Ceci nepote.L.Iunio cõsulibus/olei libræ duodenę assibus veniere:& mox anno sexcẽtesimo octogesimo.M.Seruius.T.F.ędilis curulis olei libras denas singulis assibus p̃stitit po.ro.per totum annũ:minus ea inquit Plinius miretur: qui sciat post annos.xxij.Cn.Pompei quarto cõsulatu oleum prouincijs Italiã misisse.Fit & e nucibus iuglandibus oleũ: qđ Carynum nominant:alopecijs vtile est:tarditatiq; aurium infusum:cæterum sapore graui. Vnde apud nos esculentis nõ miscetur:sed in lucernis funiculũ nutrit ardentẽ: veluti & quod e lini semine Raporum Raphaniq; exprimitur:est & Petroleon e petris oleum sponte defluens.Ab oleo autẽ inter cętera fit olearia cella in qua habetur: & olearia taberna vbi venale exhibeт: & Olearium vas ex lapide pręsertim excauato in quo cõmode seruatur:Hydreleum vero gręce oleum erit aqua dilutum.

Fraces. Amurca Examurcari. Carynum Petroleon Olearia cella &Taberna. Olearium vas. Hydreleũ.

MEl apes contrahunt succum dulcissimum/subtilissimũ/ad multa condimenta optimum/medicaminaq; necessarium:corpora putrescere non sinit cũ purgandi simul & cõseruandi vim habeat vt est apud Dionysium Areopagitam: vnde Babylonij defunctorum cadauera in melle sepeliebãt vt refert Herodotus in Thalia: & Apicius cocus carnes vt sine sale diu durent melle contegit:mala quoq; pyra pruna Cerasa vt diutile incorrupta habeãtur cum petiolis in melle seruãda pręcipit. Vtrum autem succum ex floribus ducãt qui protinus mel fiat: an quæ collegerint in hunc saporem mixtura quadam & proprietate sui species mutent vt inquit Seneca non satis constat. Quibusdã enim placet non faciendi mel scientiam illis esse sed colligendi.Aristoteles hist.animaliũ quinto.Mel non apes sed rorem cadentem ad mella deferre argumento est: ꝙ vno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarij/illarum curã habentes.Item autumno mel postea q̃ detractum est non reparatur: cum tamen illo etiam tempore flores proueniant.Mella primus ostendit Aristæus atheniensis vt Plinius autor est.Diodorus siculus sexto bibliothecę Curetes cretę populos scribit

Mel. Sepulchrũ dulce. Apiarij. Mella primo.

mellis vsum primos induxisse. Cyrenenses mellis & fructu repertorē iactitāt Saturnū vt refert Macro. Alij inuentionē Thessalis alij Melisso Cressorum antiquissimo regi assignant: nōnulli Baccho dederunt: Ouidius. a Baccho mella reperta ferūt: Item Liber & inuenti præmia mellis habet.

SAl oīnis aut fit marina aqua vel puteana: stagnorūue / aut gignitur: ad obsoniū & cibaria vtilior qsquis facile liquescit: & humidior / vtpote qui minorē amaritudinem habere creditur. Seruādis carnibus aptior acer & siccus: vita nāq; humanior sine sale nequit degere / adeoq; necessariū est elementū vt trāsierit intellectus ad voluptatē: animi quoq; solatia vt inquit Plinius sales appellātur: oīsq; vitę lepos & summa hilaritas / laborūq; requies nō alio magis vocabulo cōstat. Quid si Samia legendū sit vt in pluribus codicibus habetur nō solatia ꝑ quæ voluerit acumina significare: Hinc Terētius. quis habet sale qd in te est: samiū vero ꝑ acuto posuisse veteres ex Marcelli autoritate satis notū est: hoc ęstimādū relinquimus. Ancus Martius rex salis modia sex milia in cōgiario dedit populis: & salinas in quibus sal primus instituit: Varro etiā vice pulmētarij sale vsos veteres scriptū reliquit: a quo inter cętera salitū deducimus: & salsamentū ad vsum ciborū. Vnde salsamētarij qui alio noie salarij: vēdētes salsamēta: quorū aquā muriā dicimus / ad salē iterum (si coquatur) redeūtē: & salsamentariū vasculū vel lapideū vel figlinū / siue ligno excauato Monoxylū in quo habētur salsa omnia minuūt corpus: nam inter Cacochyla: id est mali succi ponuntur quorum contraria Euchyla dicentur.

Samium

Salinę. j.

Salitus

Salsamētū

Salsamētarij.

Salarij.

Muria.

cacochyla

Euchyla

Ouum

OVa gallinarum maxime sorbilia / recēs nata inter ganeatos cibos numerantur: eustomacha sunt vt scribit Dioscorides. Nullus est certe alius cibus qui in ægritudine mag; alat: neq; oneret: simulq; potus vsum & cibi habeat. Auicennas quoq; multę alimoniæ esse illa asserit: quoniam plurimum substantiæ ipsorum conuertitur in nutrimentum. Prandij dabātur initio veluti nunc recēs nata sorbilia. Hora. ab ouo vsq; ad mala citaret Io Bacche: apud quem Cacius lōga meliora rotundis existimat: ipsius hęc verba sunt: Longa qbus facies erit ouis / illa memento Vt succi melioris & vt magis alba rotūdis Ponere: nanq; marem cohibent callosa vitellū: in his quod candidum alborem vocat Apitius: albuginem Plinius. medici albumen: hoc admixtum calci viuæ glutinat vitri fragmenta: quod croceum est vitellus nuncapatur. Martialis. Candida

Oua meliora.

Albor albugo.

albumen

Vitellus.

ſi croceos circumfluit vnda vitellos. Oua menſe Auguſto nata decreſcente luna diutiſſime incorrupta habentur. Seruari autē illa in lomēto aut in paleis per hyemem: ęſtate in furfuribus vtiliſſimum: ſale exinaniri creduntur.

SAccarum mel dicimus in harūdinibus collectū/ hoc fert Arabia: producit & India: ſed & Creta. Italia & Sicilia mittunt ſaccarum. Intellexit de eo Strabo cum ſcribit in .xv. Harundinem in India mel ſine apibus gignere: hinc Seneca ad Luciliū: Aiunt inueniri apud Indos mel in harundinū folijs qđ aut ros illius cœli: aut ipſius harundinis humor dulcis & pinguior gignat. Optimum eſt dulciſſimū: & condimentis aptiſſimum ita vt nullū edulij genus vt in adagio eſt reddat iſipidius Vnde in pulmentarijs teſtuacijs iuſculis & omnibus fere cibarijs hoc tēpore qui ſunt potētiorum archimagyri vel coqui eo vtuntur pigmētarij quoq; ad tragemata ſaccaro multa integūt & panes dulciarios additis nucibus pineis vel amygdalis ad lētacula conficiūt: Sed & nuces: poma: ſiliquas: aſparagos: altū: cucumeres: iſicia: fungos: & quæcunq; id genus eſculenta (vt cętera taceā) ſpeciarij ſiue dulciarij: noſtrates e ſaccaro vt vera & natiua diceres concinant. Iure igitur penario ſed minime humido ſaccarum ad quotidianos vſus ſeruabimus condemus & Piper cæteraq; Aromata quibus epulæ multifariā cōdiuntur. Saccarum Mel harūdinis. Dulciarij panes.

AROmata fragrantis odoris ſpecies ſunt Pigmentorum. Inter quæ habentur Nux quam gręci myriſticam Aromatopolę qui aromatarij: & pigmentarij ac Speciarij a ſpeciebus: Moſchatam dixere bonum oris odorem facientem: oculis: epati: Lieni vt refert Auicēnas conferentem: Piper Cinamū Gingiber & Caryophilum. Addidere Crocum nōnulli: Nam & his miſcetur in ſapore vim habens aromaticam. Piper arbuſculę producūt Iuniperis noſtris ſimiles: quarum ſiliquę in quibus grana ſunt: priuſq̄ dehiſcāt decerptę toſtęq; ſolibus faciūt piper quod vocatur longum: dehiſcentes autem per maturitatem oſtendunt cādidum piper: quod deinde ſole torrefactum colore rugiſq; mutatur: de his Auicennas Galenus & Dioſcorides meminerūt: frequēs naſcitur in India & cū calidiſſimū ſit in cibis magis hyeme q̄ æſtate ꝓbatur: Sed hoc mirū qđ legimus: Piper & Sinapi integra ſi deuores ventrē nō excalfacere: Si trita excalfacere. Gingiber a pipere ſapore pene non diſtat. In Arabicis Troglodyticiſq; pagis naſcitur. Parua eſt herba radice candida celeriterq; cariē in tāta etiā amaritudine ſentiētę: Aromata. Myriſtica nux Aromatopolę. Piper Sinapi Gingiber.

hinc cōdiunt eam multi cum melle ſaccaroue: in vaſculiſq; reponunt & Italis tranſmittunt: Caryophilum pipere grandiuſculum eſt cum capitellis dentatis vt tradit Serapio. In nemoribus indicis genitum vehitur ad nos odoris & medicinæ grā: in cibarijs ſtomacho conferens/vomitū & nauſeam arcere creditur. Cinamomū ſiue Cinamū ſurculus eſt odoratus in ęthiopia naſcēs & in ſabęis. India quoq; vt Strabo teſtaī & ea maxime quæ auſtralis eſt Cinamomum habet & reliqua aromata. In Arabia vero Cinamus auis ſurculis Cinami comportatis nidum ſibi facit: quos incolę ſagittis plumbatis deijcientes colligunt: vt Ariſtote. hiſtoriæ animalium nono ſcriptum reliquit: calidum eſt & ſiccum ſtomacho ꝓdeſt caput humore purgat vt eſt apud Auicennam Frutex ip̄e duorum eſt cubitorum altitud..is āpliſſimus: palmi minimus: craſſitudinis aūt quatuor digitorum: gignitur in planis: ſed in aſperis denſiſſimiſq; rubis & vepribus: ideoq; difficilis collectu: pręcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus: lignum ipſum in faſtidio eſt propter origani acrimoniā: Xylocinamum appellant. Crocum optimum tradunt Saliuam ac dentes inficere: crapulā arcet: ebrietatiq; reſiſtit: tollit pruritus: venerem ſtimulat: rubicundiora facit corpora: ſomnum inducit: cor cōciliat: vt placet Auicennę: inflammationeſq; omnes diſcutit. Fit ex eo vnguentum crocinum quod Crocomagma dixere. Prima nobilitas Croco daī cilicio atq; ibi in Corico monte vt ſcribit Plinius & Vibius Sequeſter: Corycus item mons iuxta Theum: cuius preternauigatio latronibus infeſtatur qui Corycei dicuntur: hi Mercatores auſcultare ſoliti via & opibus cognitis opes diripiebant. Quāobrem oēs curioſos & occulta & ſecreta auſcultare geſtientes Coryceos nuncupamus: & in prouerbio eſt: vt apud Straboнē legimus. Hunc ergo Coryceus auſcultauit: cum quid & dicere & facere vult occulte veluti Coryceorum inſidias iādiu expertus: Tmolus quoq; Lydiæ mons: vt referunt Probus/Solinus/ & Lucius Columella croco eſt florentiſſimus. Laudaī & crocū Licium & centuripinum in Sicilia & Phlęgreū: Croco medici in pharmacis & plurifariam coq in pulmentarijs vtuntur: huic Crocus adoleſcens vt mithici fabulantur in eo mutatus nomē impoſuit. A quo iam ad hortos in quibus bulbo radicis ſeritur per Cauedium tranſeamus.

Caryophilum.
Cinamomum.
Cinamū.
Cinamus auis.
Xylocinamum.
Crocum
Crocomagma.
Corycus.
Corycei
Nota Coryce⁹ prouerbiū
Tmolus

HORTVS CAPVT .V.

ORTVS COMMVNI APPELLATIOne vbi herbę & olera dispositis Areolis puluillisue nascuntur: verum apud antiquos omnis villa Hortus dicebatur q ibi autore Pompeio qui arma capere possent oriretur: Vnde Plinius in duodecim inquit tabulis legum nostrarum nusq̄ nominatur villa: semper in significatione ea hortus: in horti heredium: Horti vero numeri pluratiui arboribus ad voluptatem consiti: vt Pompeiani horti & Luculliani: Primus ad animi relaxationem hortos athenis instituit Epicurus pago cargetius: hinc Papinius in siluis: Quas ipe suis digressus athenis malet deserto senior Cargetius horto: Propertius: illic vel studijs animum emendare Platonis Incipiam aut hortis docte Epicure tuis: Cicero de natura deorum: Cur tātū epicuri hortus habuerit licētiæ: Nā vt scribit Laertius in horto Is scholā habuit vbi docebat: ante ipm in oppidis illos habere morē ferunt nō fuisse: Antiquitus equidē horti celebrati: hinc Hesperidū & Alcino: Pensiles quoq₃ siue Semiramis eos: siue assyrię rex Cyrus fecerit: Pensiles autem dicuntur q supra ędificia facti vel columnas erecti pēdeāt: Gręci hortos paradisos latini etiā pomaria & Viridaria: quib⁹ adeo me delectari fateor vt cum ocium datur: in his preserti vmbrosis & amœnis apricisue spaciari impendio & deambulare post sedentarium & publicę & priuatę lectionis laborē comitibus tamē libellis ne horula pereat: mō in vmbra modo in sole ꝯsueuerim: existimauerimq₃ super domum licet ornatissimā sine hortis: nō domū sed ergastulum & tenebricosum carcerem appellādam: Olus vero vnaquęq₃ herba satiua iprimis erit qua vescimur: inde forū olitorium vbi olera vendūtur: Olitor qui & græca dictione Cepuros ipse hortulanus: nam teste phoca grammatico κηπος est hortus Vnde Hierocepis hortus sacer: & cepurica hortensia: q̄ antiqui illi frugalitatis dilectores Accetaria appellabant ab accipiendo: q expedita ac parata semper essent: omnino hortus pauperis est macellū: vnde Macellotas inquit Varro Iones hortorum ostiola dicunt: & forum olitoriū diu nominatū est Macellū: Apuleius in Apologia magiæ olitori & cauponi merito est concessum: olus & vinum ex nobilitate soli commēdare: & olitoria instrumenta vt Marrę sarcula ligones Pala bidentes cō pluriaq₃ alia quibus ad hortoꝝ culturam vtuntur: quæ imprimis fossione & exherbatione inutilium herbarum constat: q̄lis est gramen herba notissima a qua graminosus ager Colu-

Heredium
Horti
Horti prio
Pensiles horti.
Paradisus
Pomaria.
Viridaria
Olus
Olitorium forum.
Olitor
Cepuros
Forum.
Hierocepis
Cipus
Accetaria.
Olitaria instrumenta

mellæ: Ab olla vt inquiunt olera nomen acceperunt: Vnde olla olera legit prouerbio dicitur: de quorum pauculis ad cōdimenta generibus quæ digessimus hęc sunt: adiūximus & coronamenta: de arboribus etiānum quibus horti consiti esse debent ad voluptatem nonnulla conscripsimus: In herbis autem multa efficacissima ad morbos remedia sunt: vñ Herbarij tot medici qui vim & naturam herbarum noscere student: & herbariam medicinam primū a Chyrone monstratā docti & indocti passim profitentur sæpius circūforanei Allium (vt dicitur) pro cepa vendentes: Adijcienda fuerant hortis ac coronamentis aluearia & apes res præcipui questus & compendij cum fauent: Sed quoniam in pagis illarum curam habere solent Melliturgi Mellarijve rustici iure pretermissa nemo vt opinor culpabit.

Menta

MEnta herba notissima est: cuius odor animū & sapor auiditatem in cibis excitat: Mentæ nomen inquit Plinius suauitas odoris apud græcos mutauit: cum alioquin Myntha vocaretur: Hedyosmo illi nomen est: Mentam vero existimant dictam a nomine Mynthes: quam ferunt pellicem Plutonis a Proserpina deprehensam in mentam deformatam fuisse. hinc nos disticho.

Hedyosmus.

Summani pellex terram tenet arctius vlnis.
Miraris: verus vsq3 perennat amor:

Amarac⁹.

AMaracus herba ab amaraco nomen habuit: qui puer regius cūm odorifera gestaret vnguēta casu lapsus fracto vasculo: odore vnguinis in herbam mutatus est: quam alij Sāsucum: Romani persam vocitant. Et hac vnguentum odoratū & oleum fit Amaracinum. A. Gellius: Nihil cum fidibus graculo nihil cum amaracino sui: Lucretiusq3 Postq3 superbos vngit amaracino & foribus miser oscula figit: Dicitur & sansucinum a sansuco. Plinius. in. xiij. similis & in sansucino admixtis omphacio calamo: optimum hoc in Cypro & Mitylenis: vbi plurima sansucus: & in. xxj. de sansuco loquens fit ex ea oleum quod sansucinum vocatur siue amaracinum ad excalfaciendos emolliendosq3 neruos. Non possum non admirari cōplures viros alioquin eruditos amaricinum pro amaricino barbare etiam sæpius effutire.

Sansucus
Persa.
Sāsucinū.
Amaracinum.

Serpillum

SErpillū qd gręci Herpyllō vnde & Serpullū: etiā si a serpēdo nomen accepisse autor est. M. Varro rei rusticæ tertio herba est folijs ramusculisq3 super terrā serpentibus / imprimis odorata: de qua meminit Vergilius in bucolico ludicro de Te-

ſtili intinctum faciēte ſic ſcribens: Allia ſerpillum atq; herbas contundit olentes: ad medicinam efficatius ſilueſtre: in aceto decoctum frontiq; & temporibus illitum cum roſaceo capitis ſedare creditur dolores.

Libanotis herba odorem Thuris habens Roſmarinus latine appellatur: Columella de cibarijs apum ruſticæ diſciplinę decimo poſt hęc inquit frequens ſit incremēti maioris ſurculus vt Roſmarinus:& paulopoſt: Nam ſunt etiā languētibus remedio Cythiſi tum deinde caſię atq; pini & Roſmarinus: hæc trita & cum aqua ſparſa per ędes pulices nigellos necare dicit: at ſuccus eius regiū morbū pellit & viſum exacuit. Libanotis Roſmarinus.

Saluiam latine noſtri qui nunc ſunt herbarij gręce Eleliſphacon nomina/mentę haud diſſimilē canam & odoratam: hanc cum Artemiſia alligatam qui habet viator laſſitudinem ſentire itinerariam negatur: Paralyticis prodeſt: dolorem dentium ex vino impoſita minuit:& cōtra ſerpentium morſus exhibetur: Artemiſia ipa ab Artemide dicta eſt ſiue ab Artemiſia regina cum prius Parthenis vocaret: quæ oībus fœminarū malis medetur: eandem quoq; ſecum habentibus negāt nocere mala medicamēta beſtiamue vllam: ne Solem quidē vt ſcribit Plinius. Saluiam Eleliſphacon. Artemiſia

Ocymum a celeritate naſcendi ex græco ſibi nomē vendicauit: autor Pompe. Plinius: in horto ſatorum celerrime naſcuntur Ocymum/blitum/napus/& Eruca: celerius quoq; idipm putant erumpere ſi inter ſationis initia calida aqua fuerit aſperſum: Odore non improbatur: durat p autumnum & Theophraſto autore in libro de plantis tonſum diminutumq; regerminat: mām̄is illitum lactis prouentum extinguit: capiti vero cum roſaceo cephaleam tollit: Semē aūt cum ceramento ſutorio verucas pellit: eſt & Ocymū genus quoddā pabuli vt. M. Varro diſciplinę ruſticę primo atteſtatur: Id eſt ſegetes virides ſectę anteq̄ ſiliquas generent: bubuſq; datur vt citam aluum faciat: vnde nomen accepit. Ocymum

Apium folia habet petroſelino ſimilia verum maiora: hos nos ipſi in Achaia coronare victores ſacri certamis Nemeæ: hinc Iuuenalis: gaudētis fœdo peregrina ad pulpita ſaltu Proſtitui: graięq; apium meruiſſe coronæ. Apium

Et Plutarchus in Thimeleontis vita Corithios refert Apio coronare eos qui apud Ihſtmon viciſſent ſacram & patriam coronam Apiū exiſtimantes: quemadmodū & apud Nemeā Apio

Apiorum gens. coronabantur victores/cum pinus nondũ in vsus venisset: Ab Apij etiãnum corona quam.L.Apius in achaia meruit Apiorum gentem Romę esse cognominatã legimus: Sapor ẽ Apio acutus & odorat velut aneto & fœniculo: vnde Auicẽnas tradit illud oris optimum odorem facere: At in condimentis quibusdã peculiarẽ gratiã habet: prętere a si pisces in piscinis egrotent eo viridi recreãtur: Pretroselino autẽ nomen imposuit: Nã Petroselinon. petra lapis & selinõ apiũ dicitur: Plinius alio genere Petroselinon quidam appellant in saxis natũ: Est & Buselinon: Helioselinon: Oreoselinon & Hipposelinon omnia ex eodem nomine Selinis. apud grecos pendentia a Selino/vrbs Selinis dicta qđ ibi plurimum nascatur vt scribit Vibius sequester.

Anetum ANetum autore Plinio in.xviij. & coquorũ & medicorũ gratia nascitur nã in cõditutis non insuaue est: & semen eius feruens/olfactũ singultus cohibet: ac ex aqua potũ/sedat cruditates: Ipsius quoq; ad tormina vis efficax: nã dolorib⁹ cõfert vt Auicẽnas testatur: eius comas in summo semina mitten Muscaria. tes Muscaria appellabimus: q̃lia sunt fœniculo/apio/coriãdro/ Panax, & alijs: de Panace in.xij.semie inquit Plinius in muscarijs dependente: vt ferulæ.

Anisum ANisum in cõdimentis peculiarem gratiã habet a Pithagora inter pauca laudatũ/siue crudũ/siue decoctũ: Item viride aridumue oĩbus quæ cõdiuntur/queq; intinguntur/desideratum. Quin ipsum oris halitũ iocundiorẽ facit/fetorẽ tollens matutinis mãducatũ/cũ Zmyrneo & melle exiguo insomnia leuat/suspẽsum in puluino ita vt dormiẽtes olfaciãt: appetẽtiam ciboꝝ facit: mox vino collutum vultũ præstat iuniorem.

Marathrũ FOeniculum grẹco nomine Marathrũ oculorum claritati mire confert: Angues per hyemem membrana corpo Senectus ri obducta/fœniculi cibo/impedimentum illud exuunt: Sene Vernatio ctutem & Vernationem vocitamus: Ijdem oculorum caliginẽ quam hyberno latibulo contraxerant/marathro sese adfricantes/deponunt/atq; oculorum aciem refouent: vt scribit Auicẽnas ex Democriti auctoritate: vnde experimẽtꝫ postea cognitũ est idem prẹstare hominibus. Nam succus eius cum melle Attico vetustissimam licet caliginem discutit. Serenus. Si tenebras oculis obducit pigra senectus: Expressæ marathri guttæ cum melle recenti detrusare malum poterunt.

Ruta. RVta apricis locis & siccis cinere vult nutriri vt Plinius & Strabo tradidere: gaudet & vmbra fici vt Auicẽnas scri-

ptum reliquit: quoniã eius radices indigent calore/vt est apud Aristotelem in Problematibus: Peculiaris est illi auctoritas propter venena quibus remedium exhibet pręsentarium: Vnde & Mustellę contra serpentes dimicaturę Ruta se muniũt: & Cn. Pompeius victoria Mithridatica in sanctuarijs: quę aporeta & arcana: regis manu ipsius Antidoti synthesim iuenit: ex duab9 nucib9 siccis: ficis totidẽ: & Rutę folijs vigiti simul tritę: mica salis addita quod ieiunus si quis sumpserit venena eo die innocua experietur: Rutam furtiuam fertilius putant prouenire: sicut apes furto substractas pessime: eiusdem quoq; fruticẽ pluribus annis durare: nisi mulier quæ in mẽstruis ꝓfluuio sanguinis sit eum tetigerit & ob hoc maruerit. Aporeta Sãctuaria Arcana Synthesis Antidoti Apes furtiue.

Saturea fragrãtis odoris herba est quam Thymbram nõnulli vocãt: diuersam credit Columella. Hęc cãpo Troię vicino (vt aiũt) nomẽ iposuit per quẽ fluit amnis Tymbreus: vt refert Strabo: & Thymbrei Apollinis haud lõge tẽplũ fuerat a campo sic appellati: Pompeius a mõte Troiano dictum existimauit: Saturea autem ipa venerem emortuam suscitat in cibis sumpta: vnde ex gręco vt quidam volũt nomẽ sibi vendicauit: quasi satyrea: vt satyri in venerem proni & salaces. Saturea Thymbra

Pyretra herba est aromatica linguã adurẽs: nam Pyr ignis est: Eius folia in acetarijs probantur: Radice vero vtuntur pigmentarij: qua manducata (vt dicitur) si quis glandem mentulæ saliua humectauerit in coitu ad duciclunium coget fœminam: de quo Lucretius: Idq; sua causa consuerunt Scorta moueri: Ne complerentur crebro grauidæq; iacerent: Et simul ipa viris Venus vt cõcinnior esset: Ita enim dicere placuit Duciclunium sicut Apuleio Poscinumium: Præterea Duciclunææ meretrices dicuntur quas alij recelliclunias mobilitate clunium non sine venere amatorculis placere elaborantes. Pyretra. Duciclunium Duciclunæ.

Lactucæ a lacte autoribus Plinio & Var. nominatę natu ram habent refrigeratricem: & ideo per æstatem gratæ stomacho fastidium auferunt: cibi appetentiã faciunt: & somnum conciliãt vt ex Galieno scribit Auicẽnas: præcipuum ad hoc est papauer cuius e succo fit quod opium vocant habens p somnum vim si copiosius sumatur mortiferam: Ignauius est meconium succus e capitibus (quę Codia græci) folijsue decoctis. Diuus Augustus pristinam olim valitudinẽ lactuca recuperauit/Musę medici prudentia: Columella rusticæ disciplinę vndecimo: Iamq; salutari properet lactuca sapore: Tristia quæ Lactuca Papauer Opium Meconiũ. Codia

Musa medicus. releuat lõgi fastidia morbi: Antonij musæ medici in Augusto meminit Suetonius cui ob restitutam Cæsari sanitatẽ Po.Ro. statuam iuxta ędem Aesculapij erexit: Lactucarũ crispas / Cappadocas vocant: sessiles vero / quæ late per terram diffundunt:

Cappadocæ. Sessiles Endiuia.

Endiuia quoq; lactucarum generi est adscribenda: Satiua magis probatur & illa pręcipue quæ folio crispo solet ꝓuenire: nã elixa eustomacha censetur: Altera sponte pullulans lõgo & angusto caule intubis haud dissimilis est: Intuba ipsa a ieiuno in cibis sumpta semp epaticis profuere vt asserit Theodorus Priscianus: a medicis ipensius laudatur Endiuia. Epaticis eni mire confert / stomacho saluberrima / vt est apud Auicennam.

Intuba.

Eruca. ERucæ herbę vis inest calida: ideoq; frigora contemnit: & lactucę miscetur in cibis: vt illius temperet frigiditatem: venerem quoq; valenter excitat: hic Poeta in moreto venerem reuocans eruca morantem: & Columella: Excitet vt veneri tardos eruca maritos: Verum ad hoc efficatius est semẽ quod Galenus in Pharmaceuticorũ libello ponit in Satyrijs hoc est cõpositionibus ad libidinem excitandã: In condiendis vero obsonijs tanta fuit eius suauitas: vt gręci Euzomon appellauerit: Id quod Plinius in vigesimo scriptum reliquit: Eiusdem fere saporis est Nasturcium dictum a narium tormento: quod animũ ita exacuit: vt contra torpentem somniculosum dicamus: Ede nasturcium id est excita te: Erucę item in hortis animalia herbis noxia nascuntur: quę a gręcis Campes vt refert Columella xlj. aduersus illas ex equæ capite ossa palo imponuntur: & cancer fluuiatilis in medio horto suspensus auxiliatur.

Satyria

Euzomon

Nasturciũ.

Campe

Peplios Portulaca PОrtulaca quam gręci Peplion dicũt & Andrachnen: herba est frigida & humida vt scribit Auicennas: quę dentium tollit stuporem: vt est apud Aphrodisęum in Problematibus: & Aristoteles quærens cur id faciat Portulaca & sal qui etiam congelationem dentium dissoluit causam affert humiditatis viscosæ exsorbentis humidum acutum siue acerbum quod erat circa dentes: venerem inhibet & veneris insomnia: præterea contra vuæ morbum collo suspensa probatur veluti exemplo Plinius affirmat. Sed & ymbilico prociduo imposita medetur.

Dẽtiũ stupor.

Boglossus Bubula lingua. BOglossus & satiua est / quam Boraginem triuiales / vocant / & siluestris: Latini ab asperitate / linguam Bubulam vtranq; appellauere: calida est & humida: cordiacis auxiliatur in cibo sumpta: sanguinem purgat; & hilaritatẽ inducit:

flores eius in cōditura & medicina peculiarem gratiam habēt: Ipsa vero in vino deiecta animi voluptates auget: Hic Euphrosinum grȩci dixere quasi lætificātem: nam ευφρενειν est lætari: Euphrosine lȩticia: & Euphrosia exultatio. Boglossini flores Euphrosine.

Beta hortensium herbarum leuissima est: duo ei⁹ genera grȩci fecere a colore nigram & cādidam: mira differētia si vera est: Candida solui aluum: nigra modice inhiberi: Illinit alopetijs cruda & vlceribus in capite manantibus: Cocta fluctuationes stomachi & vētris sistere existimatur: & cum Brassica in dolio vini sapor corrūpatur: odorem folijs Betæ demersis restitui autor est Plini⁹: Inter Annuicaulia siue annuifera numeratur: germina inarescentia quidem & exolescentia sed radices retinentia quȩ annuatim pullulant: vt Hysopus/lateris morbo quæ dicitur pleuritis cōferens: Siliquastrum odore piperis: vnde etiā Piperitis. lapatium quandoq3/Rumex & eius omino species acetosa: Melissa: Nepeta: santolina in acetarijs hyeme grata: Pulegium ipso brumali die suspensum in carnarijs florescens: Myriophylon Millefolium capillamēti modo foliosum Marubium quod Prasion eximie Hȩmoptoicis vtile: Betonica domum in qua sata sit tutam reddens a piaculis omnibus: Glycyrrhisa dulciradix quæ vulgo Liquiritia/tussi conferens: & Ligusticum quod passim Liuisticum/ad intrimenta laudatū: Panacem aliqui vocant: quod nomen omnium morborum remedia promittit: vt Plinius autor est. Beta. Annuicaulia Hysopus siliquastrū Pulegium myriophylon. Marubiū. Betonica. Ligusticū. Glycyrrhiza.

Inula calida est: hinc radice illius per hyemes in pulmentarijs quibusdam vtimur: seritur oculis ex radice excisis: vt harundo: Illustrata est olim Iuliæ Augustȩ cibo quotidiano austeritate tamen aliquantulum pungit. Vnde Horatius Acres inulas appellauit. cōdita tussim sedare creditur: a ieiuno quoq3 commāducata dentes confirmat/ si vt eruta est terram non attigerit. Inula.

Sinapi herba nota cuius semine semel sato vix est liberare locū: quoniā cadēs ꝑtinus viret: nec aliud magis ex his quorū vis in sublime fertur/iudicauit Pithagoras in nares & cerebrū penetrare: nā vsus eius etiā pro pulmētario in patellis inquit Pli. decocto/citra intellectū acrimoniæ: Et nūc cōdimētū ex eo faciūt admixtis vuis passis/pipere/ficis Sādalis rubris sapa & melle: contra pituitam tenetur in ore donec liquescat: gargarissatur ad vuam cum aceto & melle: ad dentium dolorē mādītur: Sensus atq3 sternutamenta purgat stomacho vtilissimū. Sinapi.

Brassica Apiana Selinada Prototomus. Caules Cauliculi. Lacuturres. Sabellici caules Tyrsi Scapi Vnicaulis

BRassicę Cato tria facit genera: vnā extensis folijs caule magno: alterā crispo folio quā Apianam vocat & selinada: tertiam minutę caulibus lenē & tenellam: Cyma a prima sectione pręstat: hic est inquit Plinius Quidam ipsorum caulium delicatior tenериorq́ꝫ cauliculus: Prototomum græca dictione veluti primę sectionis vocitamus. Columella: Sed iam Prototomos tempus decidere caules. Brassicę vero ipsę vel quasi passicæ dicuntur: vt scribit Varro: vel a pręsecando quia folia præsecamus e tyrso vt Pompeius: Sed & caules nuncupātur: vnde Cauliculos siue coliculos deducimus: Et capitatos caules pregrandes capite in orbem porrecto olim Lacuturres: & Sabellicos caules vsq́ꝫ in admirationem crispos appellamus: verūetiā herbarū pluriū stipites qui Thyrsi & Scapi hoc nomine significantur. Inde vnicaulis herba quę vnico tantū caule crescens in ramulos non diffunditur: Brassicę cibo sensus purgantur: Erasistrati diatriba tenuit nihil salubrius: nihil vtilius esse stomacho & neruis Brassica: Ideoq́ꝫ paralyticis & tremulis & Hęmoptoicis eam dari iussit: Est autem pauci nutrimenti: crapulam soluit ebrietatem retardat vt refert Aristoteles & Auicēnas: Nam exsiccat vapores vt Galienus attestatur. Si quis parum audiat inquit. M. Cato in re rustica terat cum vino brassicam: succumq́ꝫ expressum tepidum in aurem instillet: cito intelliget se plus audire: Dioscorides deniq́ꝫ medicus tradit populum Romanum sexcentis fere annis medicina brassicę vsum nondum eñ ad vrbem conuenerant medici: qui pigmenta secum attulissent: sed ea tēpestate militares viri gloriosas cicatrices gratuito olere curabant.

Atriplex Antraphasis Spinacia Hyspanū olus.

ATriplex & siluestre & satiuum est olus: accusatum a Pithagora tanq̄ faceret hydropicos: morbū regium: & pallorem: addidere medici Dionysius & Diocles gigni ex eo plurimas ęgritudines: nec nisi mutata sępius aqua coquendum: Illinitur autem salubriter incipiētibus furūculis siue crudum siue coctum fuerit: Atriplicis olus gręci Antraphasin appellant: autore Columella in .xii. Decipiuntur profecto qui existimāt atriplicem esse spinaciam: Ita eñ nostri temporis medici herbā illam semine spinoso vocitant cum olus hispanum fortassis siue blitum rectius possit & debeat nuncupari.

Blitum

BLitum herba est iners sine sapore: aut acrimonia vlla: vnde conuitium apud Menandrū poetam vxoribus faciūt mariti: & Plautus blitteā dixit meretricē: Stomacho inutilis est

ventremq; adeo turbat vt choleram faciat aliquibus: Clauis tñ pedum & lienibus prodesse creditur: a saporis autẽ stupore appellatam esse ex grȩco ꝙ ab illis βλαξ stupidus dicatur Pompeius existimauit. βλαξ

COriandrũ inter siluestria non inuenitur: sed vbiq; fere satum nascitur: præcipuũ habetur ȩgyptiũ: vis magna datur viridi ad refrigerãdos ardores: simplex edendũ non est: sed aceto preparandũ propter innatã malitiã. M. Varro eo subtrito carnẽ incorruptã cum aceto æstate seruari posse credidit: Xenocrates vero menstrua cõtineri vno die si granũ biberint fœminȩ biduo si duo & totidem diebus quot grana sumpserint: hinc Macer: Xenocrates inquit totidẽ cessare diebus menstrua quot mulier coriandri grana vorabit. Prohibet & vapores a capite vt scribit Auicẽnas: In aceto autem albo per diẽ maceratũ/ reddit illud aptissimũ ad pulices necandos: si p ȩdes spargatur. Coriãdrũ

CVcumeres a curuore nomen autore Varrone acceperunt: crescunt qua cogũtur forma: in Italia virides & q̃ minimi sunt: cũ magnitudinem excessere Pepones vocantur: qui in cibis impensius refrigerãt: aluũq; molliunt: Sunt & melopepones qui non pendent/sed humi rotundantur: Neoterici melones appellãt: quos etiã per summam hyemẽ Galienus imperator exhibuit: Idem recentes vuas triẽnio seruauit: cucumis ipse tener & iocundissimus fit: si anteq̃ ponatur semen lacte maceret: nonnulli etiã quo dulcior existat hydromele id faciunt: Locus autem cucumerariũ vt cucurbitariũ nuncupatur: Hieronymus Esaiæ primo: si tamen Hieronymus est: Derelinquetur (inquit) filia syon vt vmbraculum in vinea: & sicut tuguriũ in cucumerario: nam in vineis & cucumerarijs fiunt custodiaria: vt videmus quasi gurgustiola temporaria. Cucumis. Pepones Melopepones Melones. Cucumerarium

CVcurbitarum duo sunt genera: longæ & rotundæ: commendatur in cibis longiores: cum rotundioribus præsertim vasorum vice vtamur. Plinius. Nuper in balnearũ vsus venere vrceorum vice: iam pridem vero etiam cadorum ad vina condenda: & Columella: de media inquit parte cucurbitæ semen inuerso cacumine ponito vt fiat incrementi vastioris: Nã sunt ad vsum vasorum satis idoneȩ: Cortex non siccis tener ẽ: deraditur tamen in cibis: quos salubriores prȩstant quȩ pendẽdo creuere: prolixiori tamen & tenuiori fructu qui maius reliquis inuenit pretium: nam earum genus est vnũ quod Camerarium vocant: quia cameras & pergulas operit reptantibus fla Cucurbita Camerarium.

gellis & capreolis innitentibus Chrysippus medicus illas dam nabat:sed omniũ consensu stomacho vtilissimę et interaneo℞ vesicęq; exulcerationibus iudicantur:bonum humorẽ eas generare et febribus cholericis prodesse Auicẽnas testatur:Cauẽdum est autem ne eo in loco quo cucumeres et cucurbitę consitę sunt mulier admittatur: nam fere ipsius contactu vt notat Columella virẽtium incrementa languescunt: et si in mẽstruis fuerit etiã visu nouellos fœtus necabit.

Raphanns R Aphani adeo frigore gaudẽt: vt i germania ifantiũ pueroꝝ si Plinio credimus magnitudinẽ ęquent. Iidẽ hiberno tempore vtilissimi in cibis:ructus tamen mouent/ dentibus semper inimici:eos ẽm atterere dicuntur. Androcydes raphanum cõtra ebrietates mãdi precepit:mire venenis aduersari veteres credidere. Vnde ante alios cibos mensis apponebãt:calidę esse virtutis omniũ medicorum opinione cõfirmatur & nobis quoq; ex vsu licet cognoscere: nã cũ cęteris cibarijs in stomacho solus ructus mouet. Auicennas Raphanus inquit digerit & non digeritur. Alexander quoq; Aphrodisæus in problematis refert calidum esse: humores exsiccare & attenuare:mouere autem ex humoribus spiritus ac eos exhaurire & exinanire dum per eos eructat. Aegyptij propter oliui fertilitatem qđ de semine faciunt Raphanum impensius celebrant. Genus est

armoracia vnum quod fronde copiosius q̃ corpore Armoraciã nostri appellauerunt.

Pastinaca. staphylin⁹ P Astinacæ duo sunt genera:vnum quod agreste sponte proueniens Staphylinum græci dixere:alterũ vero radice vel semie/primo vere siue ꝑ autumnũ/vt ex auctoritate Higini scribit Plinius:In cibis hyme/vere etiã primo gratiores sunt:& pręsertim coctę mox patinis conditæ. Est &

Siser e genere Pastinacæ Siser:radice subrussa: quam olim Tiberius Cęsar illustrauit:flagitans eã omnibus annis e germania. Gelduba fuit oppidum Rheno impositum vbi pręcipua generositas.

Careota. Careota a neotericis vocitatur.

Rapum. R Apa frigoribus dulciora sunt: cibi vsum Romanis illis pręsertim veteribus qui frugalitatem vt deam adorabant pręstiterunt:vnde a Samnitũ legatis inuẽtus est. M. Curius cognomento dentatus/rapum ad ignem coquere autore Plutarchus in apophtegmatibus & Cicero in Catone maiore. Palma datur in Nursino agro nascentibus. Democritus in cibis abdicauit ꝑpter inflationes. Diocles vero & Dionysius magnis lau

dibus extulerunt:Folia etiã cibarijs seruiunt decocta ad minutal quod Rapaciolũ noĩamus Mediolanenses vero Rapicium. Rapaciolũ

NApi a rapis longitudine in primis differunt quos apud Romanos Amiternum ciuitas in sabinis laudatissimos mittebat: Martialis in Xenijs. Nos amiternus ager fœlicibus educat hortis:Nursinas poteris parcius esse pilas:& Plini⁹:Pal ma Romę Amiterninis datur:inde Nursijs: Tertia nostratib⁹: Est inter napos genus quoddã siluestre satiuũ etiam radiculæ perexiguę ad acetaria non improbatę: nostri Raponcium vernaculę dictitant. Bunion gręci Napum vocant:vnde Pseudobunion mentitũ napum:Nã pseudo falsum notat: Hinc Pseudosmaragdus: pseudopropheta pseudolus: Pseudographus falsarius in scribendo & alia compluria. Napus Amitern⁹ Rapõciolũ Bunion Pseudobunion. Pseudosmaragdus

ALlium in caput crescit nucleosq; membranis quibus vestitur icludit:asperum est sapore:& quo plures habuerit nucleos eo asperius. Tradidere nonnulli interlunio positum & item luna silente Intermestrive/euulsum odoris fœditate cariturum:oculos hebetat:inflationes facit:stomachum lædit copiosius sumptum sitimq; gignit. Somnos tamẽ prouocat: atq; in totũ rubicundiora reddit corpora: gallinis quoq; contra Pituitam prodest. Auicennas cum vino dandũ pręcipit aduersus serpentium morsus:Galenus vero Theriacã appellat rusticorũ: At Horatius in Epodo illud execratur: Edat Cicutis allium nocentius: O dura messorum Ilia Quid hoc veneni sæuit in pręcordijs: Theriaca autem ĩter remedia est præsentaria cõtra venena fere omnia:sic dicta ꝙ venenis bestiarum aduersetur: alij ꝙ e viperarum carnibus constet quę naturalem quendã & mutuum affectum habẽt quẽ Antipathiã vocant aduersus quod vis animal venenosum: admiscetur præterea Dictamus herba cui proprietas cum corde. Eupatorium cum Iecore: Scolopendrium cum liene:Petroselinum cum ventris orificio: Hysopus cum septo & pulmone: Seseli cum vessica vrinę:Heleniũ cum renibus:Ruta cum colo:& cum cerebro Gentiana. Allium Theriaca rusticorũ Theriaca antipathiã Dictamũ. Eupatoriũ Scolopendrium Petroselinum. Hysopus. Seseli. Helenium Ruta. Gentiana.

CEpe plura sunt genera:nobilior est Ascalonia ab oppido Iudeæ:Nam vt refert Strabo in.xvj. Ascalonensiũ regio pręcipue fert cepas: optimę rotũdissimę: item ruffę acriores q̃ candidæ:sicce q̃ virides crudæ q̃ coctæ. Cepa oculos mordet: vnde a gręcis nomẽ impositũ Crõmyon q̃si pupillã oculi com primi cogeret:vt scribit Aristo. in problematib⁹: Vñ lachrymosa dicit a Columella;reuirescit & congerminat decedente luna Cepa. Ascolonię Crõmion Lachrymosa.

marescit crescēte: quam ob causam sacerdotes ægyptij credūt Peluositas cepis abstinere: quia solum olerum contrarias lunę vices habeat minuendi atq; augēdi: hinc Diuus Hieronymus. Imp.lle si vales pelusioten vt edat cepe: Adde q; allium & cepas inter deos iureiurādo habet ægyptus: ex quo exijt illud Satyrographi poetæ Porrū & cepe nefas violare & frangere morsu O sanctas gentes quibus hæc nascuntur in hortis nnmina. Cepis caput grauatur: cerebrū infestatur: somnusq; grauis inducitur: Hæmorhoidibus tamen tritæ impositę vehemēter p̄sunt. In cibis aluum molliunt: & appetentiam faciunt: Earum

Talia Talea Tessera

foliculum taliam appellamus: nam Talea lignum est pręcisum ex vtraq; parte sed cuspidatum in ima: plantandi gratia: a quibusdam etiam ponitur pro Tessara: hoc est ligno complanato quo numeros notāt rustici Idiotæ mechanici: & īprimis apud nos pagorum magistri.

Bulbus.

BVlbus haud dissimilis cepæ venerē impendio excitat: vt scribit Dioscorides: vnde epigrāmatarius poeta: Cum sit anus coniunx cum sint tibi mortua membra: Nil aliud bulbus quam satur esse potes. & Columella in .xi. quæq; viros acuunt armātq; puellas: Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi:

Mos nuptialis.

Quibus adstipulātur .M. Varro & Apicius scribentes: Nuptijs legitimis Bulbos sponsis apponi solitos cum nucleis pineis aut erucę succo & pipere ad vsum veneris: Megarici a megaris vrbe græca in disciplina rustica a Catone celebrātur: Est bulboꝝ

Epimeniū Epimenidium.

genus Epimeniū & p̄ diminutionē Epimenidiū e Scylla: Bulbos autē scito generaliter dici radices rotundas tunicatas: quales sunt croci Narcissi & harundinum.

Porrum

POrri duo habētur genera sectiuū & capitatū: sectili Nero imperator auctoritatē dedit cum eo vocis gratia præsertim æstiuis mēsibus vteretur: viscositatē nanq; habet lenitiuam qua cōfert arterię pulmonis quę est Trachea ne exsiccetur

Trachea

Pręterea purgatiuū esse gutturis testatur Aristoteles: Capitatū vero in caput crescit Vnde nomē: Id fiebat supposita tegula vel silice: frequēti etiā trāslatione in caput rotundaſ: succū loetiferū esse ostēdit Plinius Qui scribit Melā equestris ordinis: rerū ex procuratione a Tiberio Cæsare accersitum in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorū pondus hausto cōfestim sine cruciatu animam exhalasse.

Succus porri.

Melopes

MAluæ genera duo Plinius posuit: quæ folioꝝ amplitudine discernātur: in satiuis maiorē gręci melopē: alterā ab

emoliendo aluo Malachen dixere:filueſtrem cuius foliū gran= diuſculum eſt & albę radices Altheā & ab excellentia effectus Ariſtaltheā apoſtemata fere omnia reſoluentē vt eſt apud Aui= cennam:Malua ipſa quę ſeptimo mēſe in arabia arboreſcere & Scipionū id eſt baculorū vſum prebere creditur:aculeatis icti= bus medetur:Ventrem quoq; ſoluit vel clyſteribus ifuſa vel in cibis ſumpta. Cōmendantur in primis ex ea cauliculi ſurgētes a radice quos deraſis prius folijs in modum aſparago℞ coctos in cibarijs cū aceto/oliuo/ſale & aromatis non improbādos ip ſe dixerim: nā guſtu iocundi aluum ſalubriter emollientes bo nam per æſtates valitudinem præſtare creduntur. — Malachis Althea Ariſtal= thea. Scipiones

ASparagi ſilueſtres ac horridi natura fuerant:verum alti= les facti:ternisq; libris in ſolo rauēnatio ſpectant̄. Coru= da inquit Cato in hortis ſerenda eſt vnde fiant aſparagi:de qui bus epigrammatarius poeta in xenijs:Mollis in æquorea quæ creuit ſpina rauēna:Non erit incultis gratior aſparagis:ſic autē ideo dicti ꝙ ex aſperis virgultis leguntur authores Pōpeius & Varro:In aqua citule coquuntur hinc:Auguſtus ad exprimen= dam in rebus celeritatē dicebat vt ſcribit Tranquillus:velocius q̄ aſparagi coquantur. Aſparagorum altilium Satiuorumq; ra dices Spongias vocamus. — Aſparag⁹ Coruda Spongiæ.

CApparis herba calida & ſicca in cultis terris nō facile ꝓ= uenit:multi eni ſunt experti:ſed in caſſum radices trāſfe rētes & ſemie ſerētes vt tradit Ariſtoteles i Problematibus/Cō tra in aridis:in incultis:& pręcipue parietinis hoc eſt muris ve= teribus ſine tecto luxuriat ſpargens per terram frutices. Coitū auget & ſpleneticis impenſius prodeſt:veluti & Tamarix mira bilē habens Antipathiā contra lienē:ita vt ſi ex ea alueis factis bibant ſues ſine eo viſcere inueniātur:& ideo homini ſpleneti= co cibum Potūq; dedere in vaſis ex ea factis : quæ expertus in me teſtari audēter & vere poſſum eo remedio lienis duritia libe ratus. — Capparis

ERyngion herba aculeatę mordocitatis ſpinoſa veluti car duus : ſatiua in cibis ꝓbatur radice tantū: quæ melle Ci= namomo & Cariophilo cōdita guſtui non iniocunda non in= ſuauis venerem e mortuam excitare creditur. — Eryngion

CArduus ſatiuus cibis adhibetur:de quo Plinius certū eſt iquit carduos apud carthaginē magnā Cordubāq; præ cipue ſextertia ſena e paruis his reddere quoniā portēta quoq; terrarum in Ganeam vertimus etiam ea quæ conſciæ quadru= — Carduus.

pedes refugiunt. Manducatus Carduus oris commẽdat odo=
Scolymos rem: Ad escã tener habendus est aliter improbatur: Scolymos
Strobylus grece dictus in latino vt ait Dioscorides Strobylus vocat quia
nucis pinee speciẽ habet: vt vidẽmus: vuluis etiã conferre dici
tur & maxie radice ad mares generãdos: hic est q matrone cõ
plures vt vidimus efflictim carduos appetunt: ni fortasse sit ob
venerem quam excitãt: Vini quoq appetentiam faciunt. Elixi
in patinam ponuntur mensisq inferuntur: esse aũt eos cum Ci
namo & sale cõsueuere plurimi: addunt quidã mel & acetum:
Carduis siccatis vtũtur fullones: vnde Serenus: Carduus & nõ
dum doctis fullonibus aptus: verum vt opinor & ita est hi ful=
lonatij inter siluestria numerantur: eorum nanq plura genera
Pappus. notauimus quorum florem Pappum nominarunt.

Rosa. ROsas inter coronamenta hortensia: violasq pene inquit
Pli. nrĩ nouere: de his igit liliisq florib⁹ paucula dicem⁹
Semẽ rose Postq̃ & .M. Cato in hortis coronamẽta seri pcepit: Rosa semi=
ne vel virgulto ponitur scrobibus aut sulco breuissimo: Inserit
& ocellis radicis: vt harundo: semina autem non existimemus
medios flosculos crocei coloris quos ferũt: nam baccas purpu=
reas nutriunt: quas in piruli formam plenas seminibus post vin
demiã maturas ostendunt: Rosam precocẽ habere qui voluerit
duobus palmis ab ea in gyrũ fodiat: & aqua calida rigabit: ca=
lice germinare incipiente: Eius plura sunt genera: odoratius est
quod in spinetis p arua nascitur: vtũtur illo ad vnguẽta/ oliuũ/
& medicamina pigmentarij: Validiora etenim habẽtur omnia
Siluestria Siluestria: q vt inquiũt his terra pinde ac mater est: ceteris no=
validiora uerca: Ego vero primã odoris laudẽ potius dederim rosis quas
Damasce= nunc passim Damascenas dicimus non solum biferas sed toto
ne rosæ. fere anno florescentes: Rosis consita loca rosaria vt violaria: &
Rosarium Roseta lilieta vocitamus: Greci rosam Rhodon appellãt: Inde
Rhodos Cynorhodos & Rododaphne deducta: Et Rhodinum oleum
Rhodium e rosis: quod rosaceum nostri nuncuparunt: Rosarum in coro=
rosaceum. nis vsus prope nimius est: Cum e floribus fierent serta/a serẽdo
Coronæ seruie vocabantur: coronas vero tenuiores quibus vsi sunt an=
Seruie. tiqui Strophia inquit Plini⁹ dixere: vnde nata Strophiola: ver=
Strophia. sicolores Sycionij ex ingenio Pausie pictoris inuenerunt post
olympiadem centesimam. Floribus autem per hyemes deficiẽ
tibus ramẽto e cornibus tincto coronas hibernas fecerunt pau
Corollæ latimq & Romæ subrepsit appellatio: corollis inter initia pro

pter gracilitatem nominatis:mox & corollarijs postq̃ e lamina ęrea tenui auro oblita dabantur:hęc ille. Qui coronas facit coronarius a nostris: Stephanoplocos a græcis dicitur:nam Stephanos est corona: Sed & victores in ludis:& viri fortes in bellis opera strenue nauata coronas virtutis præmia reportarunt: Quæ vt plurimum ex auro & frondibus fuere:Bellicæ celebrantur oua lis:naualis:muralis:obsidionalis:castrēsis:ciuica & triũphalis quod aurum etiã coronarium:de quibus multa Plinius & Aulus Gellius. Corollaria coronari⁹ Stephanoplocos. stephanos Bellicę coronæ. Aurum coronarium.

VIolę plura sunt genera:purpureæ luteæ croceæ & albæ/ purpuream spõte nascenrem apricis & macris locis e radice exeuntem Iacynthum appellant:ab Iacyntho qui delitiolum fuerat Apollinis in huiusmodi florem mutato : vt mythicorum quidam fabulantur:inde vestis Iacinthina : alij Iam: vnde vestis ianthina . & papinius violantillam dixit ianthida: nã iacynthi eadem illis sunt vaccinia . Satiuis maior auctoritas luteæ vt scribit Plinius quæ & flammea flox & luteola nominatur:Inter violas ipse posuerim florem odoratum: cuius fragrantia haud dissimilis Cariophilo de quo inter aromata iam dictũ est merito nomen ab illo sibi vendicauit. Viola. Iacynthus Lutea Flãmea. Flox cariophil⁹ Lilium.

LIlium rosæ nobilitate proximum est cognatione olei & vnguenti quod lilion vocant:candor floris eximius: folijs foris striatis.& ab angustijs in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi : resupinis per ambitum labris tenuiq; filo & semine stantibus in medio crocis : similem producit in frutetis. Conuoluulus herba: sed sine odore: nec crocis intus: candorem tantum referens:ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis : Est & purpureum lilium : Narcissum vocant a puero Narcisso : Plinius in .xx .a Narce deducit: Narcen græci torporem dixere:odor quippe illius caput aggrauat:Est & rubeus Crynon appellant.Quidam inter genera liliorum & Irim posuere : radice tantum commendatur nobilissimi odoris vt Saliunca:floret diuersi coloris specie sicut arcus cælestis: vnde nomen accepit:sed de his hactenus. Iam ad arbores trãsimus sine quibus horti nec esse nec dici possunt. cõuoluul⁹ Narcissus. Narce Crynon Iris Saliunca.

ARbores in maximo pretio habuit rudis illa veterũ antiquitas: vtpote e quarũ fructib⁹ ante fruges inuentas alimẽta:e libro ãte vellera vestes ministrabant:& ãn chartas volumina texebãtur:ex his quoq; oleũ corpa liquor recreãs viresq; Liber arborum

potus vini: tot deniq; annui sapores indies maturitate ꝑuenientes: & mensas secundas replētes: tot medicamina e frōdib⁹: Ligno: floribus: radiceq; prouenientia: Innumerabiles preterea sunt vsus earum sine quibus vita duci vix posset: Arbore agros arbustamus: arbore caua currimus ęquor: aduehētes piper: ebenum: vniones: gemmas: aromata: Reubarbarum caseam: cum pluriaq; alia ad vsus nostros: Balsamum & thus ad cultus diuinos arcanaq; mysteria: arbore fundamēta in vliginosis palustribus & aquosis locis firmamus: arbore construimus tecta: arbore mensas dolamus: hinc acernæ & citreę olim preciosissimæ: arbore sedilia/fulcra/arculas paramus: arbore validissimum elementum quo cibaria ad alimoniam pręparantur seruamus: habent & arbusculę propria numina. Ioui deorū vt dicebāt maximo Esculus: Apollini Laurus: Mineruæ olea: veneri myrtus: Herculi populus: Plutoni cupressus: Baccho vitis & Cybeli siue pani Pinus dicatæ sunt. Quin & Siluanos Faunosq; siluis dedit antiqtas: & Dryades Hamadryadesq; nymphas adfinxit. In hortis autem ponendæ sunt arbores & ad voluptatem & ad fructuum vtilitatem: quarū culturā Eumolpus atheniensis primus ostēdit: Sed quoniam plurima earum sunt genera ita vt vix numerari possint: omissis quę cōuenire non vidētur de quibusdā & quidem breuiter dicemus: Primumq; de frugiferis: mox de his quæ vel vmbra vmbrosa vel Topiario opere varias species representantes impensius delectant.

Cultura arb. primo

Vites

Vitibus principatū inter arbores esse dandum existimauerim: postq̄ arboris appellatione illas cōtineri Vlpianus & pleriq; veterū voluerunt. Nulla enim quæ suauiorem vberioremq; fructum producat arbor inuenitur. In hortis vel Maleolo: hoc est nouello palmite: seu Viuiradice serēda est ad voluptatem magis: q̄ ad prouētum: Subdiales nanq; deambulationes vmbrosis operculis opacat in fornicatis salignis pedamētis: sic enim vitis adminicula dicimus clauiculis pāpinis capreolisue adhærens atq; luxurians racemosq; demittēs: structurā ipsam & latine & elegāter Pergulā dicemus: Nam Plinius Vitium generosarum pergulas precipit quinquatribus esse putādas. Subdiales autem ambulationes græci hypęthras vocāt. Crescunt attamen vites ad arboris iustę crassitudinem: Metaponti templum Dianæ vitigineis columnis sustinetur: scalisq; tectū Dianę ephesię scāditur vite vna Cypria (vt memorant) & Iouis simulachrum populonię ꝯspicitur inquit Plinius e vite vna plu-

Maleoli

Viuiradix

Pedamēta

Pergula

Subdiales

ribus æuis incorruptum: Non est enim ligno vlli æternior natura: e vite Parmulæ texuntur ad vsus bellicos: ex eadem insigne centurioni gestamen dedit senatus. Parmulæ.

OLea ex cui⁹ baccis trapeto pressis vtilissim⁹ oliui liquor educitur: in hortis seri potest: & maxime collinis: huic honorem dedere romani & turmas equestres idib⁹ sextilis: & in minorib⁹ triũphis ouãtes coronãdo: Athenæ quoq₃ ex oleagina frõde victorib⁹ coronas ꝓposuere. Grecia vero in Olimpijs oleastro coronauit. Locũ vbi cõditę fuerint oletũ siue oliuetum appellabimus: Ibi oleas digestas in ordinem gręci Stœchadas vocant: vnde septum quoddam militare Stœchada passim dicimus: Poni debent in hortis & Persicus: Prunus: Cerasus: Ziziphus: Celsus: Citrus: Ficus: Apirinus: Amigdal⁹ Pinus & reliqua pomiferarum nuciferarumq₃ genera de quoꝝ fructibus in secunda mensa sum dicturus. Ad hoc necessaria erũt Plantaria hoc est seminaria in agris: e quibus plantæ sumptę transferantur: vt adultę postea suum fructum producant: vel (vt quibusdam opus est: per insitionem) alienum: & quidem mitiorem. Plantaria etiamnum veteres filiarum dotem dixere: quia plantatę arbores tam fœlices q̃ infœcũdæ veluti: Salices populus: Vlmus: Iuglans: Cerasus: Sorbus & id genus cętere: ac post aliquot annos venditæ maximum questum exhibent. Voluptati quoq₃ conferet impensius nemusculum habere adamussim positis arbusculis: in quo per æstates in vmbra cum libuerit spatiari: legere: exercere corpus: mẽsas ad cibos ponere licebit: discurrentibus hinc inde damis timidulis: & lepusculis auritis tripudiantibus. Per amborum vero fastigia nitidulo Carduele: Philomena attica/ canoris auiculis modulatim cecinentibus. Disponetur & locus ad cursum equoꝝ idoneus quẽ idcirco Hippodromũ gręca dictiõe nuncupabimus. Nec procul inter vmbrosa vireta lateritia marmoreaue sedilia/ ambulatione interdum fatigatos iuuantia. De Hippodromo meminit Plinius Cecilius in epistola ad Apollinarem de Villa quam in thuscis posuerat. Adiacentis Hippodromi nemus comasq₃ ꝓspectat. Itẽ hanc dispositionẽ amœnitatẽq₃ tectoꝝ lõge pręcedit hippodromus medius patescit: statiq₃ intrantiũ oculis totus offertur. Platanis circuitur. Illę hedera vestiũtur: vtq₃ summæ suis: ita imæ alienis frondibus virent. Olea Oletum Oliuetum stœchada. Plantaria. Nemusculũ in ędib⁹ Hippodromus

PLatanus nũc Italię fere icognita vmbrę tm̃ gr̃a ex alienis vecta regionib⁹ in ꝑtio Romę habita, Petronius arbiter Platanus

in satyris. Nobilis ęstiuas platanus diffuderat vmbras: & Apuleius in Cosmographia. Platani vt ait poeta vmbras potantib⁹ ministrantes: hinc Licinius mutianus ter consul Liciæ legatus prodendum etiã putauit intra platanum quę illic clara habetur se epulatum esse cũ duodeuicesimo comite. Primum celebrata est in Academię ambulatione Athenis cubitorum triginta sex ad mirabilem nanq; altitudinem crescit. Cõmendantur &

Chameplatani Chameplatani coactę breuitatis sic serendi genere & recidendi excogitatę. Primus aũt Cn. Macius ex ordine equestri Aug.

Tonsilia nemora Cæsaris amicus nemora tonsilia constituit.

Laurus Laurus Apollinis est arbuscula propter Daphnem quam amauit in ea deformatam: siue ꝙ spectatissima nascit̃ in Parnaso. Eusebius vero scribit eam Soli dicatam quoniã ignea est: vnde odio maxime a Dęmonibus habetur: siue ꝙ plurimũ sonat si vratur quod prædicendi artem designat. Diuinatiõis autem deus Apollo existimatur. Ianitrix quoq; Cæsarũ est & Pontificum triumphisq; dicata: coronam capite & ramusculũ

Delphica tenentibus manu triũphantibus: & præsertim e Delphica: qua

Cypria & Delphis coronabantur victores: vnde nomen. Nã Cato ge-

mustax nera duo fecit hãc & Cypriam: Pompeius Leneus adiecit quã mustacem vocauit: ꝙ mustaceis eius folia subijcerentur. Sola arborum fulmine non tangitur: hinc contra fulmina ferũt Tiberium Cæsarem tonante cœlo ea coronari solitum. Lauro cõ

Laureta sita loca Laureta quæ gręci Daphnonas: Nam Daphne laurus

Daphne. Petronius in satyris. & Baccis redimita Daphne: Folia vero lau

Laurea ream vocamus: Perpetuo virens Topiario operi accedit.

Buxus Buxus semen suum producit & granum quod Cartegon

Buxeta dixere pręterea viscum & hiphear: auctor Plini⁹ in topia

Saliceta rio opere cõmendabilis est: Laudatur & leni minimeq; crispan

Pineta te verum pallidula materie: ex qua fiunt Tibiæ multiforatiles:

Corneta & pectines dente multifido ad capillos explicãdos: & pyxides

Propuleta ad vsus mortaliũ plurimos: frequens nascitur in Cythoro: hic

Cupsseta Catullus buxiferum eũ appellauit: est & ipsius copia copiosa

Pruneta in corsica vt Diodorus in .vj. attestatur: A Buxo Buxeta loca

Persiceta buxis consita dixere: sicut a Salice vel perticali vel viminali Sa

Craseta liceta: a Pinu pineta: a cornu corneta: a populo populeta: a Cu-

Coryleta presso Cupresseta: a Pruno pruneta: a Persico pſiceta: a Ceraso

Aesculeta ceraseta: a Corylo coryleta: ab Aesculo ęsculeta: & a fico ficeta

Ficeta Cupressus natu morosa excisa non renascitur quã ob cau

Cupressus sam Plutõi sacra habet̃: & ideo funebri signo ad domos

defunctorũ illam posuere maiores. Petronius in satyris. Gaudent ferali circumtumulata cupresso: In hanc Cyparissus Siluani deliciolum mutatus dicitur in fabulis. Odore non improbatur q̃uis violento: Ex ea scandulę asseres tabulæ fiunt e quibus loculos: mensas: fulcra & capsas producunt fabri lignarij: quos Plautus materiarios nominat a materia: cuius nomine ligna ad fulciendum ędificandũq; necessaria idoneaue signanť vt notat iurisconsultus de legatis tertio. Cariem & vetustatem non sentit. valuas e cupresso in Dianæ ephesiæ templo durare Mutianus scribit iam quadringentis prope annis materiã habentes nouę similem. Nux autem eius conum quam vocitant in aceto decocta dentiũ tollit dolores vt scribit Auicẽnas Trahitur arbor ipsa in species varias tonsilis opere Topiario. — Materiarij; Materia; Conus.

SAbina herba frutexue folio fere cupressi perpetuo virens Topiarijs non improbatur: Loco thuris propter odorem ad suffitus adhibetur: Illita vlcera purgat: miscent quidam folia eius in Atocijs medicamentis quę spem partus intercipiũt: nã tocos partus est. Seritur propagine & ramo vt Rosmarinus quoniam neutri semen: Sabinę vero virginis inter diuas receptę corpus in hac vrbe quiescit: est & Cynoglossos lingua canina topiarijs operibus gratissima. — Sabina; Atocia; Tocos; Cynoglossus.

IVniperus arbuscula in harenosis frequens nascitur coma virens perpetua: vnde fit vt Topiario operi impẽsius idonea habeať: durat & eius materia diutissime incorrupta: quippe quę senectam cariosam non sentit: Quod ostendiť ex tẽplo Dianæ e Zazintho aduectæ anno ducentesimo ante excidiũ Troianum: In quo Plinio asserẽte ex autoritate Bocchi adhuc durant trabes ex iunipero huic Carthaginẽsis Hannibal indutus religione pepercit: Iuniperus gumi ad nihil vtile eodem autore producit. Hoc tamen mola trusatili in pollinẽ redactũ simile est thuris Pollini: Vtunturq; illo scriptores pennarij ad papyrum exasperandam Medici Sandaracam indocti Vernicem appellant: cuius fumus præ cæteris dolorem leuare dentium dicitur: vt est apud Auicẽnam cum ex arboris ipsius ligno factus cuius per ædes in peste conferat: grana vero siue Baccæ condimentis ad farturam seruientes & matrici & doloribus. — Iuniperus; Sãdaraca; Vernix; Baccæ iuniperi.

HEdera semper virens sine adminiculo per se stare nõ põt hæret ergo arboribus illas quodã modo brachijs amplexans: hæret & muris quos sępicule rũpit. Vnde & nomen accepit: vt scribit Põpeius: siue potius q̃ edita petit: vel edat omnia — Hedera

quibus adhęserit: Est tamē genus illi⁹ quod p se stās arborescit Dēdrocis- Dendrocissos appellatur. Est & quæ nunq̄ nisi humi serpit no sos. mine Chamecissos: Hedera inquit Theophrast⁹ in libro de plā Chamecis tis omnium maxime viuax est: siue arbores scandens amplexu sos. suo perstringat: seu in terra abdita ima subeat: species aūt præ- Helix. cipuę tres ponuntur: Nigra Candida/& quę Helix vocatur: Ce Nysiā lebratur nigra in poetarum corollis quam & Nysiam & Bacchi cam dixere: quoniam victor Bacchus ex India cum rediret co- ronam hederaceā capite gestauit: Id quoq; exēplo ipsius Ale- xandrum Macedonem fecisse legimus apud Plinium hęc pau cula de hedera subiungentē: Cuius dei & nunc adornant Tyr- sos galeasq; etiam ac scuta in Thracię populis solēnibus sacris: merito igitur hedera Libero patri dicata coronabantur poetæ: vt nunc lauro: sub cuius tutela etiamnum fuere: Racemos eius in orbem circumactos corymbos vocamus: hinc poeta.

Corymbi. Diffusos hedera vestit pallente corymbos:

Myrtus. Murtia ve nus quę Myrtea Piperitis Myrtus Veneris existimatur arbuscula: Hinc myrtea dicta quæ nunc Murtia: Liuius: Ad murtiæ datæ sedes: Pere grina est vt refert Plinius primum in Elpenoris tumulo: vt in- quiūt visa: Loco piperis hac veteres vsos ante piper aduectum memorant: nam odorem illius reddit: vt Piperitis herba hortē sis: Cato eius tria genera protulit: nigram candidam & a coniu Topiarij gijs fortasse coniugalem: satiua quoq; est & siluestris: Topiarij genera satiuarum fecere. hi sunt qui naues: Insignia principum serpentes & compluria alia formant ex arboribus/herbis/fruti- Topiariū cibus opere delectabili: quod Topiarium a Topijs vocamus: Vlpianus iurecōsultus Topiarij inquit erunt fundi instumenta si etiam viridaria sint. Item Topiarium ornandi causa paratum Myrtea co Ex myrto fuit ouantium corona postq̄ Posthumius Tubertus rona. consul de Sabinis victor primus ouans vrbem ingressus quo- niam leuiter sine cruore rē gesserat myrto Veneris victricis co- ronatus incessit. M. tamē Crassus de fugitiuis & Spartaco lau rea coronatus est: Fuit & ouantium vt diximus oleagina coro- Myrteta. na: Myrto consita loca Myrteta vocitamus: sed iam herbarum arborum/& coronamētorum reliquis innumerabilibus fere ge neribus omissis: Piscinas quę in hortis habēdæ sunt prosequa- mur.

PISCINA CAPVT VI.



ISCINAS APPELLAMVS LA cus:& stagna quę piscibus viuis coercent clausa: vt scribunt Gellius & Varro: Hinc Martialis. Piscina Rhombum pascit & Lupos vernas: Viuaria quoq; dicuntur quib⁹ pisces inclusi pascuntur: Plinius. Ostrearū inquit viuaria primus Sergi⁹ orata in Baiano inuenit. L. Crassi oratoris ætate:& mox eadem tempestate prior Licinius/Murena reliquo℞ pisciū viuaria inuenit. Apud Romanos etenim piscinarum studia celebrata sunt preciosissimisq; piscibus referta Ichthyotrophia habuerūt:adeo vt & Cato tutor Luculli grandi ęre sestertium milium quadringento℞ autore Columella pupilli sui piscinas vēditauerit:& velut ante a deuictis gentibus Numātinus & Isauricus:Ita Sergius orata & Licinius Murena a piscib⁹ cognominarētur. M. quoq; Tullius Cicero. L. Philippum & Hortensium piscinarios appellauerit a piscinis: Quarum quidem genera duo sunt dulcium & salsarum:& vt verbis. M. Varronis vtar ex rei rusticæ tertio:alte℞ apud plebem & sine fructu vbi Lymphæ aquā piscinis nostris villaticis ministrant:illæ autem maritimę piscinæ nobiliū quibus Neptunus aquam piscibus ministrat:magis ad oculos pertinent q̄ ad vessicam:& potius marsupium exinaniunt q̄ replēt Primum enim ædificātur magno secundo parantur magno: tertio aluntur magno:Hirtius circum piscinas suas ex ędificijs duodena milia sestertia capiebat:eam omnem mercedem escis quas dabat piscibus consumebat:nec mirum:vno tempore eñ hunc Cęsari memini sex milia murenarū mutua dedisse in pōdus:& propter piscium multitudinem quadragies sestertio villam venisse. Pisciū vero species sunt septuagintaquatuor præter crustis testisq; intecta/quę sunt triginta vt autor est Plinius De singulis non dicemus quia superfluū videtur:de quibusdā tantum quæ nobis occurrent & quidem paucula notabimus: Piscis autem ipse gręce Ichthys inde Ichthyotrophia apd̄ Columella loca in quibus aluntur pisces: Ichthyocolla gluten ex piscibus:Ichthyopolium forum piscariū:& Ichthyophagi populi ꝙ piscibus vescerentur tū ipsi/vt inquit Strabo tū eorū pecora. Domos Iidem ex cetorum & ostrearum conchis operiūt: Vsum trabium costę:portarum maxillæ præstare credūtur: de his multa Diodorus: Piscibus eos vesci prohibuit cum p ea loca iter faceret Rex Macedonum Alexander:Capiuntur pisces

Piscina. Viuaria piscium. Primo. Piscinarij. Piscinę dulces. Salsę. Pisciū spēs Ichthys Ichthyotrophia Ichthyophagi Ichthyocolla

Bastrida
Pischorra

Hamus hamo in esca latente a quo Hamiotæ piscatores: & pisces ine=
Hamiota scati: Nassa ēt viminea: rhete sagena siue Euerriculo ac fuscina
Nassa tridētata: Tragula quoq; vt plurimum ex vndis trahuntur: Nō
Rhete. improbantur & septa ex arundinibus viminibusue cōtexta in
Sagena fluuijs quas Plinius Excipulas appellat ab accipiēdo: veluti de=
Euerriculū cipulas laqueos a decipiendo & tendiculas a tendendo vt aues
Fuscina vt feras capiamus: quas etiam mos est inescare: Nero vt scribit
Tragula Suetonius piscatus est rhete aurato purpura coccoq; funibus
Excipulę quos Epidromides vocitant nexis: At imperator diuus Augu=
Decipulę stus laxandi animi gratia hamo piscabatur.

Tendiculę MVrenæ singulo mense pariunt: laudantur in sicilia flutæ
Epidromides quæ gręce Plotæ: Flutę autē ideo q; in summa aqua pręe
pinguedine fluitent: cum sole torrefactę in aquam se mergere
Murena desinant: Martialis in xenijs: Quę natat in siculo grandis mu=
Flutæ rena profundo. Non valet exustam mergere sole cutem: Et cū
Plotæ cęteris pennę ad natandum sint vel quatuor vt auratę & lupo:
vel binę vt āguillis: nullas id genus piscis habere manifestariū
est: ita autem vndis vtitur: vt terra serpentes: nam serpit in hu=
more: vt Aristoteles in primo hist. animalium attestatur: Mure
nas alterius notæ piscibus in viuarijs miscere Columella dam=
nauit: quia rabie quę his veluti canino gñi accedit vexatę seuis
sime persequuntur squammosos plurimosq; mādendo consu=
Murenaria munt: Primns. C. Hir. Murenaria excogitauit.

Mustella MVstellam piscem murenę fere similem: si nō primas saltē
Piscis secundas/nostra tempestate in cibis partes adeptum dici
Hirudo posse nonnulli existimarunt: ipse tamen hirudinem potius ap=
pellandam esse crediderim a quadam hirudinis palustris quæ
sanguisuga est similitudine: laudatur impensius e Rhetię lacu
Lampetra. brigantino: Neoterici a lambēdis petris lampetram dixere. ha=
bent & suam commendationē pisces extra Italiam cum alij/tū
Coracin⁹ Coracinus princeps/niliaci macelli (vt ille inquit) & Salmo in
Salmo. Aquitania fluuiatilis prælatus oibus marinis auctore Plinio.

Anguilla ANguillę piscium solę exanimes nō fluitant: Non ouo nō
coitu eas procreari affirmat Aristoteles. nascuntur ergo
Intestina terræ ex his quę terrę vocant Intestina sponte in luto: humescenteq;
humore prouenietia: tum in mari tum etiā in fluuijs stagnisq;
putredinis ratione: sed in mari qua algæ sunt: in stagnis & flu=
minibus iuxta ripas: calor enim eas subiens partes/facit vt pu=
Anguillarium trescant. Vescuntur certis locis limo & edulijs si quis apponat:
sed plurimæ dulci humore viuunt. Idq; viuarijs Anguillarijs

dantes operã seruare consueuerunt: vt q̃maxime pura sit aqua affluens semp & effluens. Queadmodũ est in piscinula nostra Bigolesiana: breui nanq̧ nisi ea fuerit lympida astrãgulatæ intereunt. Brãchas etẽm quibus maior pars pisciũ spirat exiguas habent: hinc turbare aquã soliti sunt qui illas piscãtur. De lacu in piscinam p ęstatẽ translatę viuere non possunt: hyeme vero facile tolerãt sedis mutationes: sic aũt ideo dictę videtur ꝙ specie anguẽ representent: vñ. M. Var. de vocabulis aquatiliũ: Ex parte inqt a sitibus aliqua rebꝰ sũt trãslata: vt anguilla & lingulaca: quę ab aristotele. Glotis. Anguillas ad tricenos pedes lõgas educat Ganges Indię, vt scribunt Plinius & Solinus in collectaneis.

Bigolesiana piscina. Branchię. Lingulaca. Glotis

MVgilis piscium omnium squãmis intectorum velocissimus est: At omnium animalium tũ terrestrium tũ aquatilium velocissimum esse Delphinem Aristoteles historiæ animalium vltimo scriptum reliquit: Huius natura deridetur: nam abscõdito in metu capite totum se occultari existimat: id quod de Phasiano plurimi tradiderũt a capite greci cephalon appellant: Inter fusaneos numeratur: ex argumento sic vocitatos ꝙ fusim rhetibus capiũtur: Veluti & Tinni: Lupus: Limarię: Spurię: Monedulę: Cromes & Passeres: vt ex Aristotele hausimus historię animalium quinto: in sexto vero, sunt inquit qui omne mugilum genus sponte oriri opinentur: sed non recte: nam & oua eorum fœminæ & semen genitale mares habere cernunť. Genus equidem illorum est quod nõ ex coitu: sed ex limo arenaue nascatur: Piscium autem omnium fere mares pleni sunt semine genitali lacte nominato: Heliogabalum imperatorem scribit Lampridius in locis mediterraneis murenarum & luporum lactibus rusticos pauisse.

Mugilis. Delphin. Fusanei pisces. Lupus, Limarię. Spurię. Cromis. Lactes piscium

m VIlus quẽ Barbonẽ ideo vocitant barba gemina insigniť iferiore labro: hic Cicero in Paradoxis Barbatulos mullos nũcupauit: gręce Trigla diciť: quo noĩe nũc romani vtunť: In viuarijs & piscinis non crescit: est illi maxima gr̃a sicut magnitudo modica: nã libras duas raro admodũ exuperat: illud mirum est quod Mutianus prodidit: mullum octuagita librarum in mari in ?ico fuisse captũ: nec minus quod sequiť: Mullum Asinius celer vir consularis vt refert Macrobius ex Samonici sereni auctoritate semp milibꝰ numũ mercatꝰ est: octonis vero vt Pli. testať: simile Iuuenaľ. de Crispio: mullũ sex milibꝰ emit ęquantẽ sane paribꝰ sestertia librę. Vescunť mulli & alga &

Mullus. Barbo. Trigla

ostreis & aliorum piscium carnibus. Nomen eis Fenestella a colore Mulleorũ calciamentorũ datũ existimauit: mullei autẽ fuerunt calcei regũ albanorum: postea patriciorum a millando id est suendo nominati.

Mullei
Calcei
Millare
Loligo

LOligo inter mollium piscium genera numeratur: pedes duos habens quibus ori cibos admouet: hi asperi & longiores sunt: cæteri cirri cum quibus venatur: sic autem ideo dicta ꝙ extra aquã volitet littera immutata quasi Voligo vt scribit Varro: hinc Plinius Loligo etiam volitat extra aquã se efferens: quod & pectunculi faciũt sagittę modo: Mollia vero genera piscium dixerunt quæ sanguine carent & foris carne molli obducta solidum intus modo sanguinei generis continent: vt Sæpia etiam: & Polypi a multitudine pedum nomẽ adepti.

Voligo
Pectũculi.
Pisces molles.
Sæpia
Polypi.
Lupus

LVpus piscis in capite lapidem habere creditur: vt referũt Plinius & Aristoteles: Pręcipuam huic auctoritatẽ fuisse Cornelius Nepos tradidit: inter pisces equidem Tyberinos apud romanos primũ locum tenuit: & is pręsertim qui esset captus inter duos pontes vt repetit Macrobius ex Varronis rerũ humanarũ vndecimo: & Columella. M. Philippi velut vrbanissimum/quod erat luxuriosissimũ factum ac dictum referens. Is enim apud hospitem Casini cum cænaret appositumq́ꝫ e vicino flumine lupum degustasset atq́ꝫ expuisset improbum factum dicto prosequutus Peream inquit ni piscem putaui. Ex hoc est facta multorum gula subtilior: quibus fastidio fuit lupus fluuiatilis: nisi quem Tyberis aduerso torrente defatigasset Vnde Horatius in sermonibꝰ: Lupus hic Tyberinus an alto captus hiet pontesve inter iactatus & amnis ostia sub thusci: lupus alias rapax est animal: at lupa meretrix etiã dicitur: inde lupanar qđ primũ in Cypro insula Venerẽ instituisse fabulantur.

Lupa
Lupanar
primo
Aurata
Orata
Aurum
Orum
Nota

AVrata piscis ab auri colore nomẽ accepit: Cuius amator Sergius: Orata cognomiatus est vt refert Macrobius: nã orata prius dicta: quasi Aurata ab oro quod vulgo etiã pro auro dicunt: hinc Orichalcum ab ære & auro quidam falso putarunt cum sit a mõtibus & ære nominatum. In cibis cõmendantur auratæ optimę ex lacu lucrino: quibus proprium fuit conchis pinguescere: Vnde Epigrãmatarius poeta in Xenijs. Non omnis preciũ laudemq́ꝫ aurata meretur: sed cui pręcipuus concha lucrina cibus: coeunt vt cæteri pisces ventris atritu & oua concipiunt: sed non omnibus cõtingere in tanta copia vt fœtũ educant manifestarium: alioquin replerentur maria & stagna

Coitus piscium
Ouapisciũ

cum singuli vteri innumerabilia contineant.

Menæ breues sunt: colorẽ mutant:hyeme candidę æstate fiunt nigriores. Aristo.hist.animaliũ.viij.Mena inquit grauis melior est:forma rotundior fœminę:porrectior mari & latior. Euenit vt cum fœtu impleri fœmina incipit maris color in nigriorẽ mutetur:& caro deterrima cibo efficiatur: p id tempus a nonnullis Hirci vocantur. De mena quã Alecem etiã dici posse quidã credidere meminit Persius & Martialis cum inquit:& caudam Cybij breuesq menas.M quoq Cicero de finibus bonorum & malorum.Qui enim voluptates contemnunt eis licet dicere se acipenserem menæ anteponere. Mena Hirci Alec

Scarus quo carpathium pelagus abundat adeo littoribus Italicis Ignotus fuerat: vt nec latinũ nomen haberet: verũ Optanus classis prefectus sub Claudio principe copiam scarorum copiosam nauibus aduectã in mare sparsit inter campaniæ litus & ostiã:Autores Macrobius:& Plinius:qui sua tempestate huic pisci principatũ dari scriptum reliquit:Herbis vesci & pisciũ solus rumiare creditur teste Aristo. hinc Opianus: Hic scarus saxa frequentat: qui mites inter pisces clamore tremẽdo Intonat:& solus pallẽtes ruminat herbas: hoc vno nãq excepto pisces cæteri serratis sunt dentibus;id est:acutis & more serræ pectinatim sese stipantibus. Scarus Serrati dẽtes.

Acipenser piscium olim nobilissimus est habitus vt scribit Plinius. Verum Traiani tẽporibus in magno pretio non fuit:vt idem testatur de ipso loquens cũ inquit.Nullo nũc in honore est quod equidẽ miror:cum sit rarus inuentu.Commendatur tamen a Martiale & synchroni creduntur:Ad pallatinas Acipensera mittite mensas/ambrosias ornent munera rara dapes.Contra aquã nando meat: Squãmasq piscium solus habet ad os versas vt repetit Macrobius ex.P. Nigidio figulo rerum naturaliũ maximo indagatore. Primus epulis hunc apposuit Callonius pręco si Porphirioni credim9 apud illud Horatianum Calloni præconis erat Acipensere mensa infamis. Acipenser Callonius

Passer & solea pisces plani sunt:Passer optimus in cibis iudicatur a passere auicula nomẽ vt ferunt adeptus. Solea quoq quę lyeni imposita medetur inter lautiores pisces numeratur:huic Solea vt opinor nomẽ mutuat:ea autem solo pedis subijcit:Martianus capella.Calcei admodũ furui quorum maxime Soleę atrę noctis nigredine colorantur:Aulus Gellius oĩa ferme id genus inquit qbus Plantarũ calces tantũ in fine tegũ- Passer Solea

Crepidulę tur cætera parte nuda & teretibus habenis iuncta/soleas/ dixerunt/non nunquam voce gręca crepidulas: hinc soleatus soleas indutus: & solearius sutor earum. Quin & materia robustea super quã craticius paries extruitur solea nuncupatur. Certissima est autẽ vt scribit Plinius securitas/ planos pisces vidisse in mari quia nunq̃ sunt vbi maleficę bestiæ: q̃ ex causa Vrinatores sacros illos appellãt: iter quos Raia & pastinaca ꝯnumerãt.

Soleatus

Sacri pisces

Raia

Pastinaca.

Rana

Vatrachos

RAna notissima est: gręce Vatrachos: vnde ex parte Vatrachomyomachia Homerica: & adagiũ apud græcos: Vatrachos Seriphios: in eos qui nimis taciturni sunt: quoniam in seripho mutæ sunt ranæ: alibi vero garrulę coaxatrices. Inter cartilaginea numerantur: vt Raiæ Torpedines: Squatinæ Buglossa & psitta quę Passer Rhombusve: Mares ipsi cũ maxime coaxant ad coitum fœminas cientes Ololyzontes dicẽtur: pariũt minimas carnes nigras quos Cyrinos vocant oculis & cauda insignes: quæ mox findit se in pedes posteriores.

Squatinę.

Passer.

Cyrini

Ololizontes.

Rhombus

RHombus quoq; Rauennæ delicatior inter planos ponitur: eius magnitudinẽ innuit Iuuenalis: & epigrãmatarius poeta in Xenijs. Quamuis lata gerat patella Rhombum Rhõbus tamen est latior patella: marinus piscis est: Cassius autem Hemina tradidit pisces marinos in vsu fuisse ꝑtinus a Roma condita. Rhombus alias instrumẽtũ est incantatoriũ rem magicam adiuuans in quo significatu accepit Martialis: Cum secta colcho luna vapulat rhombo. Ouidius in amoribus: Scit bene quid gramẽ quid torto cõcita rhombo Licia: quid valeat virus amantis equę: & Propertius Staminea rhombi ducitur ille rota. Theocritus quoq; in pharmaceutria æcloga mulieri veneficę rhombũ dedit iter cętera q̃bus sibi amantẽ alliceret.

Lacertus.

LAcertus piscis est idoneus ad salsamẽta: de quo Martialis: cum sexitani ponitur tibi cauda lacerti: & satyrographus poeta: conchen æstiui cũ parte lacerti: est & lacertus animal terrestre: Vergilius nunc virides etiã occultant spincta lacertos: Plinius. in. viij. Lacerti arabiæ cubitales in India vero in Nysa monte. xxiiij. in longitudine pedum: colore fului: aut punicei: aut Cerulei: Indoctulꝭ stellionem dixere: cũ Stellio sit minor lacerta: quem græci Ascalabotẽ Neoterici Tarãtulã appellant: quo nomine genus quoq; aranei nunc peculiare apulię signatur. Id stupidos morsu suo vel ridentes saltãtesve & tremulos reddit: hinc Aristoteles in hist. animaliũ. viij. scribit in Italia fore locis quibusdã morsus stellionum exitiales: est & Thu-

Stellio

Ascalabotes.

Tarantula

Thurio

rio piscis frequens in Sicilia cōmendatissimus salsamentis.

GObius siue gobio vel Cobi⁹ex gręcis p c piscis est quo Veneti antiquiores cœnæ principio vtebantur : hinc exijt distichon:in Venetis sint lauta licet conuiuia terris principiū cœnæ gobius esse solet: Paruulus est: vnde Columella.Nā & alecula modo capta & cantharus exiguusq; gobio: quisqs deniq; est incrementi minuti piscis maiorem alit:gaudet arena gregatimq; degit: hinc gregales inter pisces numeratur: Vt Thynni Aleces.Lacerti:Coruuli siue graculi: Dentices: mulli malleoli: Ellegini:Scari:Aristule: Lolij:Papauerę: Iulię: Limariæ:Scōbri e quibus liquamen garū quod dixere:& monedulę: ac Trichiæ quas Sardas vocamus & alij. Globius vel cobius Alecula pisces Gregales Dentices Coruli Aristulæ Scari Scombri Garum

OStrea duriore concha teguntur in cibis non vulgarem gratiā adepta.Primus sergius Orata optimū saporē lucrinis adiudicauit: & primus oīm Ostrearia vt diximus in baiano locauit ante marsicū bellum. L.Crassi oratoris ætate. Martialis de Ostreis lemniate pręposito Ebria baiano veni modo cōcha lucrino:circeis etiamnum laudatissima nascebātur:Horatius: Ostrea circeis miseni oriuntur echini : Britanica quoq; optimi saporis iudicata:& p̄lata lucrinis: vtpote dulciora: de singulis Aquinas poeta satyrographus circeis nata forēt an lucrinū ad saxum : rutupinove edita fundo Ostrea callebat primo deprehendere morsu.Omnia autē tunc meliora in cibis existimantur:cū oua appellata habuerīt:quę tñ nihil ad generationē ꝓferunt:sed indicio sunt melioris nutricatiōis: veluti pinguedo in sanguineis vt Aristo.asserit de gñatione aīaliū tertio. Sarde Monedulæ. Ostreum Ostearra Pinguedo

COnchę oculis carēt oīq; alio sensu q̄ cibi & periculi:illarū gña sunt:Purpurę:Buccinū & murices:quæ ꝯchylia e quoꝝ sanguine vestes antiq īfectores tinxerūt : sunt & Dactili a sīt̄itudine humanoꝝ vnguiū dicti:atq; alia cōpluria:quę oia celerrime adolescūt:& pręsertim Purpurę: quę verno tpe eundem in locū sese colligentes cōdunt quā fauaginē nominātea est veluti fauus apum Aristoteles in.v.histo. animaliū quomodo generētur recēset.In.viij.vero ostrearia inquit & concharia crustaq; etiā intecta tūc optima cum grauida sunt:vt late patet in locustis & id genus cæteris : at mugilis lupus & reliqui fere oēs squāmosi cum ferunt/deteriores habentur : vt etiā de Siluro dicitur:cuius mas quoq; fœmina peior in cibis credit: cū in cęteris piscibus mares fœminis sint meliores;licet in genere anguillarū iucūdiores multi existimēt fœminas: cū fœminę vere Conchæ Purpurę Buccinū Murices Dactili Fauago Squāmosi pisces Silurus Anguillæ

non finit: sed quia aspectu discrepant fœminę appellantur: In mari indico potissimum nascitur genus concharum vt scribit Solinus & Ammianus: quod margaritas vnionesq; concipit pro qualitate roris quem sitientes certo anni tpe hiatu quodã hauriunt: si purus influxit candicant: si turbidus subnigricant aut pallescunt: hoc deniq; credit: matutini aeris semine clariores: vespertini obscuriores vberiore haustu fieri maiores. Si tonuerit cõprimuntur conchę: vitiaq; contrahentes abortiua faciunt: quę paruula: aut inania: Physemata dixere: producuntur & margaritę facie vna rotundę/ altera planę ob id Tympania a Tympani forma nuncupatę: & proceriores quas fastigiata longitudine Elenchos vocitant: alabastrorum figura in pleniorem orbem desinẽtes: hos digitis suspẽdere inquit Plinius & binos ternosq; aurib⁹ fœminarum gloria est: cum id fecere Crotalia appellãt: ceu sono quodã gaudeãt & ipso collisu margaritaꝝ: Præcipua est autẽ Vnionib⁹ pre ceteris autoritas nũq̃ duobus simul repertis vñ nomen: summa laus in candore/magnitudie/orbe/leuore/& põdere: Duo p oĩe euũ maximi celebrati. Vtrũq; Cleopatra regina possedit. Romam vero primũ Syllanis tpibus illatos fuisse vniones veteres tradidere. Nascũtur margaritę & in Taprobane insula: In persico sinu maris rubri circa Arabiam. In littore etiã Britãnico: veluti Iulius Cęsar ex inscriptione testatus est subdita Thoraci: quẽ e Britannicis margaritis Veneri genetrici dicatum in templo eius posuit.

Margaritę

Physemata.

tympania

Elenchi

Crotalia

Vniones

TEstudines tardigradę & domiferę: in cibis sumptę Pthisicis lienosis caducisq; opitulantur: Ex earum aũt carne vt in prouerbio est: vel multum edendum vel nihil edendum: quoniam modica in cibis dolores mouet in intestinis: copiosa purgat & sanat. Vere & elegãter illas descripsit Pacuuius: quadrupes tardigrada: agrestis: humilis: aspera: capite breui: ceruice anguinea: aspectu truci. Tantæ magnitudinis in mari Indico nascũtur vt singularum superficiæ habitabiles casas integant: & circa mare rubrum his tanquam cimbis nauigẽt. Chelonophagi orientales populi testudinibus vitam agũt: vnde nomen: earum quoq; tecta vasorum vice & nauium vtuntur domos eadem sibi contegentes: sic autem ideo dictę sunt q; testa tegantur: anthor Marcus Varro. Earum genera sunt marinæ/palustres/ terrestres/ & Lutariæ/ quæ in dulci aqua diuersant: has græci Emydas appellãt terrestres vero chersinæ dictæ in operib⁹: nã vt scribit Pli. Testudinũ putamia secare in laminas

Testudies

Chelonophagi.

Lutariæ

Emydæ

Chersinæ

lectosqꝫ & repositoria his vestire Caruilius pollio instituit. Testudo quoqꝫ lyra dicitur quoniã Mercurius Apollonis cytharam de testudine sicca meditat⁹ est/vt Aratus & Higinius referunt. Hinc Horatius illum curuæ lyrę parentum nuncupauit: & ad citharam apostrophans inquit: O decus phœbi: & dapibus supremi grata testudo iouis: O laborum dulce lenimen.

COchleę terrestres sunt/& aquaticæ/exerentes se domicilio cornuaqꝫ protendentes: quibus teriti olim Narnienses (vt dicitur) pontem celeberrimũ ad illas arcẽdas sunt demoliti: oculos non habent: Ideoqꝫ corniculis iter explorant: Pompeius a Limo limaces appellat: & vt sentio terrestres intelligit: quæ terra per hyemem delitescunt: vere prodeuntes. Columella: Implicitus conche Limax hirsutaqꝫ campe. Earum viuaria instituit Fuluius Hirpinus in Tarquinensi paulo ante ciuile bellum: quod cum Pompeio magno actũ est: Saginã quoqꝫ commentus sapa & farre alijsqꝫ rebus: vt cochleolę etiam altiles ganeam implerent.

Cochleæ
Limax
Altiles cocleæ

CAncri petrosa amant: brachia bina denticulatis forcipibus sortiti: quibus ori cibos quoscunqꝫ ceperint admouent. in pauore retrorsum mira celeritate decurrunt: veris initio senectutẽ anguium more exuunt reuocatione tergorũ: ac plenilunio vt ostrea implentur: brachia vero in piscibus quibusdã modo cirros modo accetabula ab accipiẽdo vocamus. Eorum genera sunt Carabi: Astaci: paguri: Maiæ: Heraclotici: & alia ignobiliora: Aristoteles .iiij. histo. animaliũ Crustatoꝝ genus primũ ponit Locustas: proximũ huic Cammarũ: tertium Squillam: & quartũ cancros: mox singuloꝝ differentias prosequitur: quorum etiã quarto de partibus animaliũ meminit: singula quoqꝫ genera in suas species diuiduntur: Omniuora sunt omnia: vtpote quæ limũ: lapillos: & algam deuorent atqꝫ etiã stercus: vt Cancri saxatiles: De piscium generibus & natura cõpluria traduntur a plinio Aristotele & Opiano/ ex quibus hæc paucula dicta sufficiant: Breuitatis nanqꝫ dilector plura coarcꝫuare nec potui iure nec debui. Adde ꝙ multa piscium nomina apud autores inueniuntur qui nunc nec in pretio: nec quidẽ cogniti sunt: cõtra: hac nostra ętate genera piscium habentur: de quibus miror nullam in veteribus scriptoribus memoriam extare veluti Temulus. Barbulus. Persicus. Truta. Merlucius. Strigilis. Botulus. Cauedulus. Carpani. Scardua Carpiones q in Benaco lacu nascũtur: Sturio in pado licet Silurus a nõnul-

Cancer.
Cirri
accetabula
Carabi
Astaci
Paguri
Heracleoti
Maiæ
Locustæ
Cãmarus.
Squilla
Cãcri saxatiles.
Temulus
Barbulus
Persicus
Truta
Botulus.
Carpani
Scardua
Carpiones
Sturio.
Silurus

Attilus

lis perperam credatur. Nam Attilus in ipso amne alius est a sturione qui grece modo hysca modo hicca nominat: ea vox porcum significat vnde nostri Parmenses paruulos sturiones porcellas appellant: atq3 alij complures: Verum vt dicam quod sentio vel non hisdem apud veteres nominibus fuere: quibus nũc sunt: vel de illis qui in pretio ea tempestate habebantur mentionem vilioribus postpositis fecere. Videmus enim tempus per ætates & secula in rebus fere omnibus pretium/decus/auctoritatem: nunc vni minuere: nunc alteri augere. Hinc Lucretius. Nunc iacet æs/ Aurum in summum successit honorem: Sic voluendo ætas commutat tempora rerum. Quod fuit in pretio fit nullo deniq3 honore. Hinc ab aquaticis in leporario ad terrestria animalia notiora diuertamus.

LEPORARIVM CAPVT VII.

Lagotrophia

Roboraria

Viuaria siluestrium

Theriotrophia

LEPORARIA APPELLANTVR NON ea tantum quæ maiores nostri dixere vbi soli lepores sunt & grecis Lagotrophia vocantur: sed omnia septa edificia que sunt: & hñt inclusa aĩalia que pascunt Roboraria eadẽ a tabulis roboreis q̃bus septa fuerũt anteq̃ macerias & mœnia noscerẽt: autor Gelli⁹ ex Var. Viuaria aũt aprorum cætorumq3 siluestrium primus Romanorũ instituit Fuluius Hirpinus: qui in Tarquinẽsi feras pascere delectatus est locis conclusis: quę ex greco proprie Theriotrophia nuncupamus. Qualia nostri temporis principes ad venationum sępicule voluptatem: raro ad pugnam in harena antiquioribus vsitatam parare consueuerunt. sed tu comprimis Princeps omniũ principum optime & optimorum magnificentissime posuisti adhærẽtia hortis oppidi tui qđ munitissimũ & splendissimum loco Cremonẽsis agri fertilissimo ędificasti: & a lauro quã meteris Castrolaurũ: vt lauretum laurentumve merito nũcupasti.

Lauretum

Laurentũ

Castrolaurum

Elephãtes

Elephantes maxima omnium animalia facile mansuescunt: sunt.n. autore Aristote. a natura mites & mansueti ita vt ad rationale animal proxime accedant: horum quidam aurigas suos qui in prelijs ceciderant exemerunt: quidam anterioribus pedibus vtero subiectos seruauere. Pudore/nunq̃ nisi clanculum coeunt. Adulteria non nouere: nullave propter fœminas inter se prelia cæteris animalibus pernicialia. Biennio vtero grauescunt: vt alij sesquianno alij triennio: hinc ad exprimendam hominis tarditatem in rebus peragendis elegan-

ter dicere consueuimus. Citius parient elephāti: semel nec am plius quā singulos pariunt: sunt enim vniproles. Iuuenta eorꝝ sexagesimo incipit: vtpote annis plus ducentis aliquādo & tre centis viuentiū. Nare pro manu vtuntur: qua cibos & siccos & humidos colligentes ori admouēt: vnde manū nomine pecu= liari latine dicimus quā prælongā & in anfractū flexibilē græ= ci Proboscidem: nostri etiā Promuscidē: Dentium magnitudo in quibus Ebur perfectissimū est inde cognoscitur ꝙ in extre= mis africę postium vicē in domicilijs prebent: autores Plinius: Diodorus & Solinus: adde ꝙ non potius dentes q̄ cornua/ te= ste Aphrodisęo appellāda sunt. Ebur ipsum a Barro nomē ac= cepit qui Elephatē notat: ex voce: quę est Barrire veluti Rugi= re Leonum: Frendere aprorꝝ: rictare Leopardorum: Blacterare camelorum: vlulare luporum: Gēnire vulpiū: Hinnire equorꝝ: Mugire boum/Rudere asinorum: Balare ouiū: Grunnire por= corum: Latrare canum: Elephantes autem quibus bælua nulla prudentior est vt refert Marcus Cicero de natura deorum pri= mū vidit Italia Pyrrhi regis bello in lucanis/& boues lucas/no= minauit: boues equidē a magnitudine: lucas a lucanis: Ausoni us: Vt lucas Boues olim resumpto prę feroces prælio fugit iuuē tus Romula. Neuius atq; prius Locusta pariet Lucam bouem. Iuncti primum Aphrico triumpho Magni Pōpei currū subie= re qd prius india victa libero patre triumphante factū memo= rant. At primus victo Pyrrho Curius ille dentatus cōtinentiæ Romanæ singulare exemplū Romā quatuor duxit Elephātes vt scribit Eutropius. Nascuntur in India maiores: generat eos & Africa: Arabia: Mauritania Aethiopes: Troglodytę: & Italia quod ne cuipiā incredibile videretur Columellę ex rei rusticæ quarto verba subieci: India ꝓhibetur molibus ferarū mirabilis: pares tamen in hac terra vastitate bæluas progenerari quis ne= get? cum intra mœnia nostra natos animaduertamus Elephan tes. Pugnā illorꝝ primus oīm i circo dedit Cn. Pōpeius ludis qb⁹ a se factū Theatrū dedicauit vt testis est Asconi⁹ Pedianus

Dictū in pigros.

Manus

Proboscis

Promu= scis

Barrus

Voces ani= malium.

Luca bos

LEo solus ex feris clementia in supplices vtitur: ꝓstratisq; parcit: ꝑcussorē agnoscit: & ex obseruato iuadit. Animi index cauda sicut aures equorꝝ. Ignē formidare impendio cre= ditur qd Homerus sensit cū dicat Ardētesq; faces quas quāuis seuiat horret: Ossa adeo dura habet: vt his ꝑcussis ignis q̄si e si= lice ꝓdeat. Ad currū iunxit eos primus. M. Antonius & quidē bello ciuili cū dimicatū est in pharsalicis cāpis. Primus quoq;

Leo

Leo mansuefactus — Leonē manu tractare & mansuefactum ostendere ausus est Hāno carthaginensis damnatusq; illo argumento: quoniam nihil non persuasurus vir tam artificis īgenij videbatur: & male cōmitti libertas ei cui in tātum cessisset feritas: autor Plinius: Symandium etiā regem ægiptiorum ferūt Leonis domi enutriti opera in pugnam vti solitum fuisse ad victoriam vt scribit Diodorus bibliothecæ secundo. Non mansuefactos exarmare cōsueuerant: vt olim Heliogabalus: qui dentibus & vnguibus exe-

Exarmat⁹ leo — ctis tricliniis etiam epulantibus conuiuis eos immutebat: Sed exarmare pro mansuefacere quidam dixerunt: pugnā eorū si-

Exarmo — mul plurium Romæ primus dedit. Q. Scæuola. P. F. in curuli ædilitate. Centum autem Iubatorꝫ primus omnium. L. Sylla qui postea dictator fuit in prætura: Nascuntur in Europa & ea præcipue parte quæ est inter Acheloum amnem & Nesum cæteris fortiores: Peculiare nanq; est Europę bestias ꝑducere robustiores/veluti Asię efferatiores: Africę multiformiores: hinc Prouerbio quodā dicit: Semper aliquid noui africam afferre.

Prouerbiū — Causa est aquarum penuria: qua fit vt bibēdi desiderio ad vnū fontem concurrant alienigenę feræ: & quæ ante discrepabant inter se fiant mitiores atq; ita coniungātur: Leænarum partus adulterinis coitibus Pardorum degeneratur: & Leones quidē

Leopardi — procreantur sed in plebe remanent ignobiles & Iubarum ino-

Pardi — pes vt autor est Solinus in collectaneis: Leopardos dixere: Par-

Pardales — di vero qui mares sunt: & Variæ quæ Pardales: & Pantheræ in

Variæ — africa Syriaq; copiosus nascuntur macularum varietate insi-

pantheræ. — gnes: veluti Tigrides: Camelopardalis: cuius meminit Plinius

Chamelopardalis — Albertus magnus & Solinus: nunc Gyrapha: primum Romę Cęsaris Dictatoris ludis circensibus visa. Et Lupus ceruarius

Gyrapha — quem chaum Thoem quoq; si idem est tamen vocitant/ tantæ

Lupus ceruarius — obliuionis: vt illi etiam in fame mandenti si retro aspexerit cibi subrepat obliuio: hominē & diligit & neq; valde metuit neq;

Thoes — offendit vt apud Aristotelem nono histo. animalium legimus.

Tigris — Tigris a velocitate nomen accepit: nam lingua medica/tigris sagitta est. Vnde Plinius Tigrim inquit hircani & Indi ferunt animal velocitatis tremendę. Tantæ pernicitatis sunt vt nihil sit quod non assequātur q̄uis longe antecedat: hęc tūc pręcipue probātur cum catulorū suorum raptoribus insistūt:

Tigris mānsuefacta — Diuus Augustus primus Romę tigrim in cauea mansuefactā ostēdit. Q. Tuberone Fabio maximo cōss. quarto nonas Maij in dedicatione Theatri Marcelli: At postea diuus Claudius si-

mul quattuor:& Philippus Cæsar decem exhibuit: Nitent ful uo colore qui nigrantibus segmentis interundatus impensius oblectat. Dicuntur autem Catuli fœtus ferarum & complurium animalium a Plinio & aliis: Lucretius: At Catuli pantherarum Scymniq; leonum: vt sint hi proprie leonum: nam Scytalia grece aliarum ferarum nuncupantur. Scymni Scytalia

APer grece syagros dicit q in asperis locis fenticetis/& montibus itōsis versat: vt refert. M. Varro i libris ligue latine Primus romāo. P. Seruilius Rullus/ pater eius Rulli q in cōsulatu Ciceronis legē agrariā ,pmulgauit/aprū solidū epulis apposuit: ad qd respiciēs Iuue. & sua notās tpa exclamat. Quāta ē gula q sibi totos ponit apros animal propter cōuiuia natū: Plurimi est nutrimēti: & facilis digestiōis: melior quā domesticus: qa leuioris substātie vt ē apd Auicennā: q aūt in viuariis haberentur apri ostēdit. M. Varro in re rustica. Cū emisti fundū tusculanū a. M. Pisone in leporario apri fuerūt multi. Item. Nunc vt habeāt multos apros complura iugera maceriis concludūt. Castrati maiores & ferociores euadūt: hic Homer⁹ nutriit exectum siluis horrētib⁹ aprū: Instar nō bruti sed dorsi mōtis opaci: castrant aūt q recētioribus adhuc morb⁹ pruriens incumbit in testes: quo atterētes eā partē ad arbores testiculos extingunt vt Aristoteles hist. animalium. vi. attestatur: In portentis numerant tres apri: Erymātheus quē sustulit hercules: Aper in olympo mysie i cui⁹ venatiōe cecidit fili⁹ Crœsi vlneratus ab Adrasto: de quo Herodotus: & Aper Calidonius: quē Altheæ & Oenoi filius Meleager interfecit. Aper Aper in epulis Aper castratus Aper Erymāthe us ap i olipo ap chalydonius

CEruus grece Elaphos cornib⁹ insignitus est q solida sūt autore Arist. vn nomē accepit. g. in. c. mutato qsi gerūus qd cornua gerat: siue απο των κερατων hoc est a cornibus q primū bimis oriūt simplicia qdē & recta ad subular similitudinē: quā ob rē subulones p id tps appellāt: In imis cornibus: nā senes his carēt: ramis ad vsum pugnæ ante frontem pendentibus quæ adminucula dixerunt. Cornua ipsa singulo anno mense aprili amittunt locis difficillimis & qua iueniri nequeant vnde prouerbium illud emanauit. qua cerui relinquūt cornua: cauent enim ne inermes reperiantur: tanq cum cornibus arma sua amiserint: vitam viuunt longissimam hinc Poetæ illud est. Viuacis cornua cerui. & Columella rei rusticæ decimo. Ceruus compluribus annis sustineri potest. Nam diu iuuenis possidetur: q æui longioris spatium sortitus est. Ceruus Subulones Admini cula Prouerbiū Viuax ceruus

Constat enim vt scribit Solinus aliquos post centum annos cū torquibus aureis quos Alexander magnus addiderat fuisse captos: adopertis iam cute in magna obesitate nec dum idicium senis preferentes: febrē non sentiūt: quin huic morbo medentur. Quasdam nos inquit Plinius Principes fœminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas longo æuo caruisse febrib⁹. Nascunť interdū colore cādido: qualem fuisse tradūt. Q. Sertorii ceruā: quā esse fatidicā hispaniæ gentibus psuaserat: vt est apud Plutarchū. Animal est simplex & omnium rerum miraculo stupens: adeo vt venatoris arcū & sagittas ī se directas mireť: In fabulis celebrať cerua cornib⁹ aureis eximiæ pernicitatis: quā arte & īgenio Hercules cepit: etiā si Aristoteles de partibus animalium Ceruas fœminas cornua non habere rationibus ostendit: Constat equidem ex Callimacho in hymno dianę e quinq; ceruis secus Parrhasii mōtis radices inuentis quarum e cornibus splendebat aurum quattuor ipsam sine canib⁹ cepisse curruq; adiunxisse: fugientem aliam Iunonis voluntate Herculi vt certamen fieret rupem ex cepisse Ceraunium.

Contra febrem

Caro cerui

Cerue cādidæ

Cerua cornib⁹ aureis

Vrsus

VRsorum partus primo candida est informisq; caro muribus paulo maior: sine oculis & absq; pilo quā lābendo paulatim figurant: hinc Ouidius in vltimo metamorphoseos Nec catulus partu quem reddidit vrsa recēti: Sed male viua caro est: Lābendo mater in artus fingit: & in formā quātā capit ipa reducit: Inualidissimū ē his caput sicut leonib⁹ fortissimū L. Domitius Aenobarb⁹ curulis ędilis Messala cōsule Numidicos vrsos cētū & totidē ęthiopas venatores in circo roāo exhibuit: qd spectaculū inter memorabiles titulos ānotatū ē vt tradit Solinus: Adeps ipē defluū capillorum inhibere creditur.

Lepus

LEpus qui oim animaliū predæ nascitur in cibis palmam pre cęteris quadrupedibus obtinet: & septem dieb⁹ formosiores epulones facit: hic epigrāmatarius poeta. Inter quadrupedes gloria prima lepus: Itē ad Gelliā: Cū mittis leporem dicis mihi gelia semper/formosus semp Marce dieb⁹ eris: quę carmina a Lampridio repetita sunt in vita Alexandri Seueri q Lepusculis delectabatur: Saginari lepores institutū esse ostēdit M. Varro ī re rustica his verbis: q̄ a Macrobio ī Saturnalib⁹ recitanť: Hoc quoq; nup īstitutū ē: vt lepores saginarenť cū excoptos e leporario quondā in caueis & loco clauso faciāt pigues: Nos leporē obturatę aurib⁹ surdū celerius piguescere legimus.

Lælius putauit dictum a celeritudine q leuipes esset. At Gellius ex Varrone Læliũ culpãs a verbo græco antiquo quo Aeoles Boetij leporẽ appellabant. Dormiũt oculis patentibus lepores multiq; hoim. qd Choribantian Græci dixere. Dasypodes eosdem esse classicorũ & primariorũ scriptorũ quidã voluere. Plinius negat. Est inter eos genus quoddã nõnulli lepusculos: hispania Cuniculos nominat q sub terra Cuniculos ipsi fatiãt: veluti mures quas dicunt Myopias vbi latitãt in agris. Martialis in Xenijs. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Mõstrauit tacitas hostibus ille vias. vt Camillo ad Veios capiẽdo. in Ethruria/fœcũditatis sunt eximię/hinc opidũ in ea suffossũ a cuniculis fuisse scribit Pli. i. viii. Quin & Balearici olim auxilium militare ab Augusto petere coacti sunt cuniculis eorũ regionẽ populãtib⁹: autor Strabo. Inter semifera aialia cõnumerantur quę nec placida nec fera sũt. sed medię inter vtraq; naturæ Nõ. n. feritatẽ hñt: & ideo ferę dici nõ pñt: neq; mãsuescũt vnq̃: quo fit vt nec placidi nec cicures habeantur. Timidissimi equidem sunt veluti & damæ cæteraq; id genus animalia quibus dilutus est sanguis: vt refert Aristoteles: hinc sunt quos pusillanimes latini: Græci micropsycos nominarunt.

Chorilbantian. Dasypus. Lepusculi. Cuniculi. Myopię. timida aialia. Pusillai mes. Mycropsyci.

CApreę quę Dorcades acutissime videntes a similitudine quadam caprę dicuntur: vnde capreoli: Capræ ipsæ vel a carpendo summa virgultorum: vel a crurum crepitu. Capreatum genera cõpluria enumerat Plinius in octauo. Sunt Ibices maximæ pernicitatis. Est Dama quæ raro mansuescit nebros etiam appellata: vnde Nebrides pelles damarum quibus in Liberi patris Orgijs vsi sunt antiquiores. Sunt Rupi caprę: sunt Pygardi. sunt Origes soli cõtrario pilo vestiti & ad caput verso sunt Strepsicerotes & Platicerotes: hi a cornibus latis: illi a cõtortis nomen adepti: multaq; alia haud dissimilia: quorũ quædam alpes quędam transmarini situs mittunt.

Capra. Dorcades. Ibices Dama Nebrides. Nebros Rupi Pygardi Oryges strepsicerotes. Platiceros.

HErinacei spinis contecti sunt. Aristoteles hist. Animaliũ primo. Pilos effigie aculei/spiculatos genus quoddam pilarum esse existimãdũ est quales herinacei aut histrices gerunt vicem. n. villorũ non pedũ vt echinorũ aculei pręstãt. hi & herices q spinis horreãt/dicti in sepibus dumosis & vineis p autũnum pcipue diuersãtur: cõduntur in arbores hyeme: & cibis p æstatẽ paratis vescũtur. Vbi sensere venatores cõtractis ore & pedibus cõuoluũtur in formã pilæ ne qd cõpręhẽdi possit pręter aculeos: sũt e gñe eorũ maiores histrices qb⁹ lõgiores aculei

Herinace⁹. Herices Histrices

& cum tendunt cutem/missiles:Herinaceorum caro ventrẽ leniens eustomacha est vt scribit Auicẽnas.

Glires

GLires paruula animalia cum latent in arboribus hyeme sõno pinguescunt:vt Aristoteles autor est: hinc Epigrammatarius poeta in Seniis:tota mihi dormitur hyems & pinguor illo tempore sum quo me nil nisi somnus alit. Inter ganeatos cibos numerabantur apud maiores adeo vt Censoriæ legis principes. Q. Scaurus & Marcus in consulatu illos cænis ademerint: At Fuluius Hirpinus viuaria eorum in doliis excogitauit.

Viuaria gliriũ

Simia

SImiæ hominum figuris proxima animalia apud nos in delitiis habenrur omnium fere rerum imitatrices. Cauda hæ carent:sunt tamen in genere earum caudatæ/Cercopitheci vt scribit Solinus:quorum Martialis Simii lemmate præposito meminit in apophoretis: Callidus emissas elidere Simius hastas:Si mihi cauda foret cercopithecus eram:Nam Simio mira est solertia:græci Pithecon vocant: Latrunculis fictis cæra hũc lusisse Mutiãus auctor est: Simias fert Libya vt testimonio Possidonii refert Strabo libro xvii. Et .xv. Indiæ siluã supra Emodos mõtes abundare cercopithecis. Cebum/alii caudatam Simiam interpretantur: In simiarum genere numerant & Sphiges mammis prominentib⁹ ac dociles ad feritatis obliuionem: & Cynocephali a capite canino:satyri ex libidine nomẽ adepti quos ægypanes nõnulli vocitant: Simiæ ipse ꝙ simæ sint idest narib⁹ depressis: Simi autem contrari⁹ est Silus: vnde Silæ galeæ: Alii tamẽ dictas voluere quasi mimias:hoc est imitatrices:quæ in Leporario raretur tenent: Sed catenula in qualibet fere ædiũ parte ligãtur vt cõspici possint atq; delectẽt: & cũ hæ turpissimæ bestię vocentur ab Ennio:credunt tamẽ suos catulos esse omium formosissimos. id quod plerisq; nostrũ qui scribim⁹ euenit. Et de Roborario hactinus: Cæterorum nãq; animaliũ vt Bisontis:monocerotis quẽ Vnicornẽ latini: Rhinocerotis:Lupi/Vulpeculæ mellis idest Taxi Lincis Vri hyenæ. Castoris qui fiber/Mustellæ aucupib⁹ cũmitescit seruientis. Viuerræ quæ Pholitamuris Alpini q Armellinus & lutræ aquaticæ. quorum species varias Solinus Pli A/lber. magnus & Arist. tradidere nihil attinet formas referre/quoniam eorũ quædam apud nos nũq̃ vel raro vident quædam autem cũ sint vel mensis exploduntur/vel minime mansuescũt: quod si forte contigerit parum vel nihil delectant/His igitur

Cercopitheci

Pithecis

Cebus

Sphiges

Cynocephali

Satyri

Aegypães

Simus

Silus

Bison

Lupus

Vulpecula

Vnicornis

Linx

Mellis

Vri

Hyena

Castor

Lutra

Monoceros.

cęteraq̨ quę conuenire videbuntur annotabimus: Bouem vero Taurum & ex his Vitulos ac Iunices: Bubalos colore nigro Suem: Verrem & inde Nefrendes: Maialesq̨: materiam numerosam ganeæ: Sincipita: glādia: Abdomina: Iecuscula: Vuluas lumbos: callum exhibentes: Ouem pecudē ue & arietē e quib⁹ agni purissimi & verueces capram/hircū/ vnde hędi cibis gratissimi: & reliqua si quę sunt greges & armenta. Quoniam vrbanam domum non villam describimus pretermittemus.

STABVLVM CAPVT. VIII.

TABVLVM VBI greges & armenta clauduntur locum generaliter appellamus: nā vbi equi tenentur specialiter equile: vbi oues ouile: vbi sues haram dixere: Bobile qnoq̨ a bobus: Caprile a capris: Hædile ab hædis: Agnile ab agnis nomina traxerunt. Stabula ipsa & deuexa & aut glarea aut sabulo saxoue strata esse oportet: vt humorem respuere aut exsorberc & transmittere valeāt: spectareq̨ ad meridiem vt facile siccentur: & frigidis vētis nō sint obnoxia. Vnde apud nos ea maxie parte q̄ equi ad p̄sepia stare soliti sūt Silicant .i. Silice lapide vulgari sternunt q̄ ex lateribus quoq̨ vocāt Silicata: vt Delapidata lapide strata: sed prę ceteris operę pretium ē & tutissimū aduersus ignē Stabula per testudinē cōcamerare: propter fœnum paleas & stramenta q̄ in illis habentur parte superiore: quā fœnile recte appellabimus. Dicunt & stabula hoim diuersoria & hospitia: in quo significatu accipit sępicule Petr. Arbiter i satyris: & Apuleius ac diuus Hieronymus i euāgelio Stabularum pro hospite viatores pretio recipiente posuerunt. Vlpianus iureconsultus Caupones iq̄t & stabularios eos æque accipiemus: q cauponā & stabulū exercēt. Vnde & prostibulæ ꝓsedæq̨ meretrices dictę: ꝙ quęstus copiosioris gr̄a cōcurrētib⁹ illuc aduenis māsiōes āte stabula habuere: q apd nos curā stabuli & equoꝝ hn̄t stabularii dicūt mgr̄o stabuli obtēpātes.

Stabulū
Equile
Hara
Ouile
Bobiie
Caprile
Hędile
Agnile
Silicata
Fœnile
Stabnla rius
Prostibulę
Equus

Quos ānis quinquagenis viuere fœminas minore spatio creditū ē. Schythę fœminis vt nūc nostri q sūt cursores caballarii vti maluere: sed i pręliis: ꝙ vrinā cursu nō impedito reddāt: hic ab historicis celebrāt equę Cymonis: q̄ tres victorias olympicas reportarūt & mortuę athenis sepultæ sunt. Itē. Euagorę laconici: q̄ etiānun in ludis æleis victrices fuere: Libidine ex fœminis potissimū incendunt: mox vaccę vt scribit Aristo. Equiunt itaq̨. Vnde id verbū ab hoc vno animali tra- Equire

hiť maledicto ĩ virosas mulieres & libidinosas: Euetari quoq; per id tempus creduntur: ita affectæ currunt relicta societate. Simile est hoc vitium quod subare in suib⁹ dicitur: in canibus catulire. Cursus fit nõ orientẽ versus aut occidentẽ: sed ex aduerso austri aut aquilonis. Idq; emitunt quod Hippomanes vocitatur: veluti sues quod apriam nuucupanr. Equarum virus a coitu in Lichnis accensum Anaxilaus ꝓdidit equinorũ capitũ visus repręsentare mõstrifice: Libido extinguiť vł iuba detõsa: vł equo admissario ex equitio id est mandra equorum admisso Iuba certissimus autor posteris etiã prodendum putauit a Semiramide. Nini regis vxore equũ ad coitũ vsq; adamatũ. Fidelissimi hoib⁹ sũt. Vnde & ob amissos dominos tristanť: & lachrymas interdũ fundunt. Inrerfecto Nicomede rege equus q illius fuerat ĩedia vitã finiuit. Vulneratus itẽ in prælio equus Magni Alexãdri Bucephalas regẽ in aliũ trãscẽdere minime passus ẽ. Idẽ regijs ĩstratus ephippijs neminẽ q̃ ipm dorso excepit: vt referũt. Q. Curtius/Solinus/Plutarchus/& Iustinus. Nec Cæsaris Dictatoris equũ queq̃ aliũ dorso excepisse legimus: eũdeq; priores pedes hois sĩes habuisse locupletissimus testis est Trãquillus: q̃ effigie ãte veneris genetricis ędẽ positus est: Equoꝝ aũt alij Gradarij/ Asturcones & Veredi: Gradarii molli gradu & sine succusatura ĩcedũt: cõtra Succusores: quos alij Succusatores Succusonesue frequẽter sessorẽ inquietant. Vnde nomẽ sortiti: Nã Marcello autore succusare ęst frequenter excutere. Asturcones molli gressu alternaq; ꝯglomeratiõe incedentes equitem minime cõcutiũt: Plinius scribit in hispania esse gentẽ asturiã equorum feracem Tieldones appellãt: minori forma asturcones gignentes quibus in cursu nõ vulgaris sit gradus: sed mollis alterno crurũ explicatu glomeratio. Inde Equisiones & arulatores siue mauis Cociones arte & industria talem postea gradus glomerationem equis dederunť: nõnulli Tollutares vocant ab asturia regiõe Asturcões nũcupati. Martialis. Hic breuis ad numerũ rapidos q colligit vngues: Venit ab auriferis gẽtibus astur equus: & Silius Italicus punicoꝝ tertio de asturib⁹ populis loquẽs. Hac puus sonipes nec marti notus ad idẽ: aut in concusso glomerat vestigia dorso. Senecs tñ ep̃laꝝ. viiii. ad Luciliũ. Ita inq̃t nõ oibus obesis manis & asturconibus & Tollutarijs præferes illũ vnicum equun ab ipso Catone defrictũ: vt Tollutares & Tollutarij dici possiut: at Veredi velocissimi in cursu dicentur quib⁹ maiores vsi sunt in venatione hinc exijt illud epigrammatarij Poetæ. Sragula succin

Marginalia: Subare — Catulire — Hippomanes — Apria — Eqnitiũ — Mandra — Fides equorum — Bucephalas — Gradarii — Succussones — Asturcoẽs — Tieldones — Arulatores. — Cociones — Tollutares — Veredi — Veredi

&i venator sume veredi. Talibus nostra tempestate vtuntur Lã ceari equestres Stratioticos quos dicũt Lanceas manibus reci procãtes cõmendantur ad hoc Turcorũ caballi testiculis vt plurimum ademptis (Cantherios vocãt) pernicissimi: nã cantherius equus castratus est. A veredis cursores seu mauis tabellarios equestres celeri celeritate perferẽtes Veredarios vt a caballis alii caballarios appellant: qui teste Iulio armico sub equi cœlestis sydere nascunt. Sunt & equulei equi pusilli mani & diminutiua voce manuli: de quibus Plinus Cecilius & Horatius meminerunt. Hoc etiã Buricos nominãt vt est apud Acronem & Porphirionem. Omniũ pedibus soleas e ferro addimus. At Nero olim mulis suis ex argento. Et Plinius in xxxiii. Vasa inquit coquinaria ex argento Caluus Orator fieri conquerit. Sed nos Carrucas ex argẽto cœlare inuenimus. Nostraq; ętate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis Soleas ex auro quoq; iuduere solebat: nã ad currũ equi iũgũt. Hinc currules & biiuges: & a carruca carrucarii: a carpẽto carpentarij: a rheda Rhedarij: & a cisio fere quod curr⁹ Cisarii nomina traxerũt. Sed mulos primũ cœptos curru vehiculoq; adiungi creditum teste Põpeio. Equos aũt Neptunum primo domasse existimant Cretenses artemq; ab eo equitandi institutã ex quo Hippius sit cognominat⁹: vnde Papinius in Thebaide. Neptunus equo si certa priorum Fama patet primus teneris lusisse lupatis Ora & littoreo domitasse in puluere ferẽ: alii Amazonas. Plini⁹ equo vehi Bellorophontẽ instituisse autor est: & ex equo pugnare Thessalos qui Cẽtauri sunt appellati. Caballi nẽq; bello aptissima sunt animalia. Hinc Lucre. Lanigerę pecudes & equorum duellica proles: hic est Bellorophontes q̃ aduersus chimęram pegaso equo alato vsus est ad victoriã vt mythici fabulãtur. Is in Helicone boetię mõte vngula saxũ feriẽs fontẽ eduxit Hippocrenẽ vt Arat⁹ & higini⁹ tradidere. Ex historia est equidẽ aligeros in æthiopia equos nasci: quos Pegasos noiant Plinio in. viij. & Alberto Magno in. xxii. autoribus

MVlus qui gręce ἡμίονος ex equa & asino vt notissimum est gignitur animal viribus in labore eximium optim⁹ ad generationem asinus habetur qui equam pullus suxerit. Hinc admittur [illegible] de industria: quos hippothelas vocãt tanq̃ equimulgos q viribus bonis modo equorũ supueniẽtes in pascuis coeãt: at ex equo & asina genit⁹ pull⁹ hinul⁹ vocat vt scribit Pli. & Varro: Mulũ. lxxx. ãnis vixisse Atheniẽsiũ

Stratiotici
Cantherii
Veredarii
Caballarii
Equulei
Mani
Manuli
Burici.
Soleæ
Currules
Carrucarii
Carpẽtarii
Equi
Rhedarii
Equi p̃mo domiti.
Ex equo pugnare.
Pegasi
Mulus
Hippothelæ.
Hinnulus.

Mulæ steriles monumētis apparet. Mulę ipsæ nō pariunt: quoniā ex differētibus specie animalibus constant: & nō hisdem per naturā & temperamentum seminibus vt sentire videtur aphrodisæus in probleumatibus. Sunt tamē in Syria quę pariant: sed sui generis vt refert Aristoteles hist. animaliū primo. At mulus ipsæ

Hinnus septennis implere potest: cū equa etiam coniunctus Hinnum

Mulio pcreauit. Mulorū ductor mulio nūcupat. sicut equisio equo-

Equisio rum: bubulcus boū: qui & bubsequa: nam Agaso ab agēdo ge-

Bubulcus nerale verbum est. Plini⁹ in. xxxv. Athenion Agasonem cum

Bubsequa equo pinxit. Apuleius in metamorphosi: An te nos tractamus

Agaso inciuiliter: qui nostrū Asinū furatus abducis: quin potius effa-

Opilio ris vbi puerū eiusdem Agasonē necatū scilicet occultaris. Opi

Aepolus lio ouium quasi ouilio. Suarius suum qui porcarius: & Aepol⁹

Suarius ex greco quasi Aegoluf caprarū. Muli calcitrones. i. calcib⁹ in

Porcarius festantes vitio arcentur vini crebriore potu.

Calcitro Asinus ASinum quadringētis numis emptum. Q. Axio senatori haud scio an oīm pretio animaliū victo inquit Plini⁹ Plagarū & Penuriæ tolerantissimus negligentiā custodis fortissime sustinet: tardiusq3 reliquis armentis deficit. Nam vt notat Columella. Laboris & famis maxime patiēs raro morbis afficitur: frigore tamen obrigescit vtpote natura frigid⁹: vnde &

Pullus asinus in ponto & in scythia non nascitur vt Aphrodisæus & Aristoteles tradidere. Pullos asinarū epulari Mœcenas instituit: multum eo tempore prælatos onagris. post eum interijt autoritas

Onagri saporis. Onagri ipsi e siluestri genere: vnde nomen: in phrygia & lycaonia præcipui cum venatibus agitant ita emin⁹ lapides calcitrando emittunt vt insequentiū perforent pectora: aut pfractis ossibus capita ipā displodant: hinc in re bellica tormentum quoddā onagri nomen accepit vt scribit Ammianus: Pullis eorū ceu sapore præstantibus Africa gloriatur: quos Lalisiones appellat. Martialis in xeniis. Cum tener est Onager solaq3

Lalisio Lalisio matre Pascit: hoc infans sed breue nomē habet. In grecia Asini arcadici nobilitatis in Italia Reatini. M. Varro rei rusticæ secundo scriptum reliquit sua memoria Asinum venisse Sestertiis milibus sexaginta. & Plinius de asinis hæc protulit. Quæstus ex his opima prędia exuperat: notum est in celtibe-

Gnomones dentes ria singulas emi quadragenis milibus numoꝝ. Quartos in his dentes a dijudicanda ætate gnomones dicemus vt ex Aristotele hausimus: apud quem etiam ad quadrupedum ætatem dinoscenflā hoc scitu dignū & experientia cognitū legimus: cu

tem pretentā maxillis detractā & mox relaxatā ilico in suū locum redeuntē indiciū pbere recentioris quadrupedis: at diuti⁹ rugatam pmanentem veteris signum ostentare.

Signū eq senis

CAmelos inter armenta pascit oriens Bactri eos mittunt & Arabia vt scribit Diodorus: sed i hoc differūt: q arabici bina in dorso habēt tubercula/singula bactriani. Ad ministerium duplex habētur: onerū enim salmas iumētorum vice dorso ferunt: vt tradit Caius Iurecōsultus ad. L. aquiliā ideoq₃ iter dossuaria animalia numerandi: & equitatū prębent i prœliis perniciores: sed i primis fœminę/coituri solitudines petūt vt Elephantes: matres nunq̄ superueniūt: si quis etiam cogere velit non patiunt: Cum de industria custos in venerem cū matre miscere camelū fecisset. Is re cognita sceleris commissi/anxius camelariū paulopost morsu interemit vt refert Aristoteles histori. animaliū nono. Sitim quatriduo tolerāt: potu nō gaudent nisi aquam prius: turbidauerint: equos impensius odore formidat & equus Camelū adeo equidem vt speciē eius ītueri nec odorem sentire sustineat vt autor est Herodotus: Durant i annos quinquagenos quidā & in cētenos testib⁹ Plinio i octauo & Solino i collectaneis/Primū autē camelos videre romani qui cum Scipione Antiochum deuicere/atq₃ iterum qui cum Archelao ad Orchomenum & cheroniā dimicarūt vt Plutarchus in Lucullo attestaт/Nunc passim Dromedarios appellamus inter veterina animalia numerādos/qua dictione vt nomē idicat notam⁹ anīalia ad vecturas idonea/hinc Veterinarii curam veterinorum profitētes/qui & Cteniatri. i. Iumētarii a medella iumētorum dicti apud nos consueuere etiam illa locanda domi nutricare ad quęstum/Vnde equos mulos asinos meritorios vocitam⁹/sicut scorta meritoria & tabernā meritoriā Orosius/Etaberna meritoria fons olei terram exundauit.

Camelus. Salmæ Inceste nota Dromedarii Veterina Equi meritorii Scorta meritoria. Taberna meritoria.

CAnis qui grece κυων ad totius domus sed pręcipue stabuli custodiam tam in oppidis q̄ pagis elegendus est/familiā nanq₃ & pecora obseruat latratu fures indicando/Quis famulus inquit Columella amantior domini: quis fidelior comes: quis custos incorruptior: quis excubitor inueniri pōt vigilantior: quis deniq₃ vltor & vindex cōstantior. Garamantum regē canes ducēti resistētib⁹ sese opponētes ab exilio reduxerт Colophonii & castabalenses ad bella canum agmina & cohortes habuere. Volcatiū eriā nobilem qui autore Plinio ius ciuile Casseliū docuit e suburbano asturcone redeuntē cū aduespera

Canis. Canum fides:

Canum memoria

uiffet canis a graffatore defendit. Soli canes noia sua recognoscunt. Itinerũ meminerunt vocẽ domesticã agnoscunt: dños ęqualiter & fideliter oẽs diligunt. hinc lucretius. Canũ fido cũ pectore corda: Lifmachi regis canis flãmæ se iniecit rogo dñi accenso & pariter igne est absumpt⁹. Iasonis quoq; licij interfecti canis inedia vitã finiuit. alunt etiã num canes ad venationẽ hinc venatici dicti: quorũ alii lepores capreolos & id genus cętera cursu pręueniẽtes mordicus appręhẽdunt atq; interimũt. Alij sagaces odore ferarũ vestigia scrutant: & venationes retiariã accipitrinã & cursoriã adiuuãt. hi pẽdulas & ampliores aures sortiti Plaudorũ nomẽ acceperũt. Si q aduersus apros spumãtes: lupos rapaces. Vrsos informes: & ferociora aialia emittuntur: collũ corio cum clauis acutis & eminẽtioribus cui millus nomẽ est vestiti pdeũt. Venandi vero modum Curetes induxere vt est apud Diodorum. suscepere postea cęteri: & in primis persarũ reges tanq̃ verissimã rerum bellicarũ meditationẽ cõmendatur a Platone in libro. 7. de legib⁹ cũ sit canibus eqs et corporeis viribus: quicũq; habuerit horoscopum in quarta parte leonis erit venator: vt Firmicus testatur. Sũt & canes spõte in venationẽ exeũtes pdãq; domũ referẽtes Vertagi nũcupati. Martialis nõ sibi sed dño venat Vertagus acer / illæsũ leporẽ qui tibi dente feret. Sũt pterea mellitei a loco puuli in delicijs olim fœminarũ vt nũc pręsertim religiõi addictarũ celebrati.

venatici canes. Sagaces canes. Plaudi Millus. venãdi mos prio. vertagus Mellitei

Præsepiũ.

PRæsepium dicitur vbi iumentis cibus ministratur. hinc Poeta aut intus clausos satura ad pręsepia seruant. Apuleius Methamorpho. 6. Pręsepium meum ordeo passim repleri iubet fœnũq; bactriano camelo sufficiens apponi. Columella. In stabulo sint ampla præsepia super quę trãuersi asseres in modũ iugeri a terra septẽ pedibus elati configantur ad quos religari possint Iuuenci At Præsepe ipm proprie stabulũ dicetur Lignũ vero ad quos equos cęteraq; iumenta capistris ita enim ipa Lora dicũtur religare solemus non aliter q̃ ad ansulam vel vncinum vacerra nominatur: Columella clatrorum genus vacerras appellat: qbus e robore factis caueæ muniunt.

præsepe Capistrũ vacerra. Ansula

Furcale Cillere.

FVrculę siue furcillæ dicunt qbus & frumenta cillentur. id est mouentur: nam cillere est mouere vt scribit Serui⁹ et quibus fœnum palea & id genus reliqua iumentis ministrãtur: hisdem rustici in fœno colligendo vtuntnr. Marcus Varro rei rusticæ primo. Herba cum crescere desijt et æstibus arescit subsecari debet et quo ad parcscat furcillis versari. Furculæ ipe

videnť a furca hypocoristicos deductæ. Furcilles quoq; e ferro dicim⁹ bidentatos vel tridentatos q̃bus vtunť stabularij ad excrementa iumētoꝝ paleis mixta (fimū appellāt) vnde fimeta quæ Sterquilinia e stabulo eijcienda. Sed furcilles quoq; siue furcilla dixerūt quib⁹ hoies suspendebant auctore Pompeio. Furcilles Fimus Fimetū Furcilla

RAstelli ꝓprie quibus p fœnisecia fœstucas abradimus: a quo abrasu Rastelli sunt nominati vt autor est. M. Varro in libris lingue latinæ: & rei rustice primo Tum de pratis inqt stipulā rastellis eradi atq; addere fœnisecio cumulū. quo facto siciliendaprata id est falcib⁹ cōsectanda quæ fœnisecæ prætetierunt. Verū & stabulariorū vsibus deputanť. Hisdē quoq; terrā effodiūt Vñ Sueto. in Nerone. Turbaq; signo dato pimus rastello humū effodit & corbulę cōgestā hūeris extulit: colligitur aūt fœnū p fœnisecas et cæteros in metas/strues/vel cumulos: q̃s Col'. videť Strigas vocare. nā Strige ordines sunt inter sese compactarum. Rastelli Sicilire. Striga

FOeno alunť iumēta: datur & stramētum: equos vero generosiores & ad cursum præserti paratos quos barbaricos dicim⁹: paleis & Zeitico hordeaceoue cibario qui sūt principum equisones alere consueuerūt. At verno tēpore equis iunioribus iprimis per continuos dies plusculos Farrago exhibeť qua & purganť & obesiores euadūt/ de hac Plinius I xviii. Pōpeus & Marcus Varro in re rustica meminerūt: hoc scitu dignum est quod refert Aristoteles hist. animaliū octauo: Farraginem pilū expolire/cum frugib⁹ grauida est: inutilē cum duris iam aristis inhorrescit. Fœnū autem ipsum & fœstuca autore Pompeo a fœtu noia traxerūt/a fœno Fœnificæ qui fœnariis falcibus fœnum in pratis secant; Columella rei rusticæ secūdo Ita necubi ferramentū fœnisecis possit offendere: alii fęnum a fœnore deducūt q̄ nil aliud sine aliqua cura tantum fœnoris præbeat: Vnde prata/a quibus fœnum: antiqui dixere quasi parata: Fœnum mēse mio primū secant fœnisecæ tum etiā postea maximeq; si prata sint irrigua quod sero natū & fere autumnale Cordum nuncupam⁹: Plinius: Rursus inquit defecta rigari oportet/vt seceť fœnū autūnale quod Cordum vocant: Veteri corda frumēta tarde maturescentia dicunť autore Pōpeo: Item cordi agni qui & socordes post tempus cum remāserint iuoluis itimis vt tradit. M. Varror rei rustiεæ secumdo. Fœnum Farrago. Fœstuca Fœnisecæ Prata Cordum fœnum Corda frumenta Cordi agni Socordes

STramentum e stipula culmisq; faciūt: seb optimū cū nūdū pluerit & āte spicilegiū: quos relictas spias coiligūt: sicut Racemos relictos Racematione. Plinius in. xviii; Vbi fœ= Stramētū Spicilegium

ni inopia stramento paleam quærunt. Item alibi de hordeo loquens: Palea ex optimis stramento vero eius nullum comparatur: & Marcus Varro rei rusticę primo: infra manum stramētū quod terræ hęret postea subsecatur. Contra quod cū spica stramentum hęret corbibus in aream defertur: vbi discedit in aperto loco palam a quo nominata potest esse palea: stramentū a stādo vt stramen dictum putant: alii a stratu q̄ pecori substernat̄.

Stramē

Palea. Palea ipae culmis & stipulis tenuioribus impendio probat̄. Plures gentium ea pro fœno vtuntur: optima est e milio: proxima ex hordeo/pessima e tritico præterq̄ iumentis opere laborantibus: nostri substratu animalium illam pręcipue seruare consuerunt. Datur & per hyemem interdum armentis. Cęteris pręfertur Vicię palea in cibariis si mature fuerit collecta: hoc vnū addimus:

Culmus. Culmum dici calamum:

Stipula Stipulam vero folia q̄ ambiunt culmum. Vergilius. culmumq; leuem stipulasq; volantes.

fiscina Fiscina a ferendo nomen accepit vt scribit Marcus Varro ea nanq; feruntur paleę/fœnum frondes & id genus reliquua. Ouidius. Vnde data est ęgre fiscina frondis oui. Et Pli. frondarias fiscinas quatuor implere frondatorem iustū esse autumat. Sed Virgilio cum dixit: aut facilis Rubea texatur fiscina virga a tubo qui Vitilium vsu cōmendatur Plinio

Rubea. Rubea est quando rubeus a colore non est a doctis receptus: nisi legas

Rubia. rubia ab oppido Cāpanię: nā Rubia alias herba offectores vtūtur

Fiscella Inde fiscella vas e iuncis aut vimine qua caseus format̄. Diuus Hieronymus ad Rusticū. Vel fiscellam texe iunco: vel canistrū lentis plecte viminibus. Tibullus. Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci: raraq; per nexus est via facta sero: ab ea

Fiscellus. fiscellus: vt opinor casei mollis appetitor nuncupatur. Est & fiscella e viminibus funiculisue contexta qua boum ora faucesq; mulorū capistrantur. Plinius in. xviii. Fiscellis capistrari boues. oportet ne germinum tenera pręcerpant: Fiscina item factores vtunt̄. vt idem. xv. ostendit.

Strigilis. Trigilis instrumētū e ferro dētatū a strigēdo qđ radere significat dici pōt: quo equos & id gen⁹ iumēta expolire solent equisones e corpe sordes abradendo. Vn̄ Equotribas appellabimus q̄ equos vt Mulotribę Plauto: q̄ mulas fricāt: apud antiquos ꝓprie ad vsus balnei strigiles fuere vt dicem⁹.

Strigiles pisches Strigiles etiānum sermone vernaculo pisciculi q̄dā dicunt̄ quoꝝ frequens fit captura p hyemes hi veru tosti sale aceto oliuo pipere & cynamomo conditi paropside in cibis non improbantur.

FRena quibus equi coercentur. Seneca: Hyppolit⁹ arctis cõtinet frenis equos. Ea inuenere peletronij qui & strata equorum primi monstrauerunt. Oreas quibus ora frenantur: sicut aureas quę ad aures religantur autore Pompeio dicemus Ast postomis ad cohibendam tenaciam naribus imponitur vt tradit Nonius Marcellus. Est & inter frena lupus quẽ lupatum nõnulli: hinc Poeta: Duris parere lupatis: & Papininsin Achil. Non aspera prebet ora lupis. Est & Chamus quo Dauidis Psalmo .xxxi. vsus est diuus Hieronymus Nisi potius hi fuerint septuaginta Interpretes quorum Psalterium per horas cantatur vt quibusdam placet. Frena. Strata equorum. Oreę Aureę postomis Lupus Lupatum. Chamus.

HAbenę quę & retinacula frenis annexa sũt lora: manuq; tenentur: vt equum in gyros flectere, impellere & retinere valeamus. Vergilius de Turno. manibus mollitur habenas. Silius Italicus Punicorũ septimo. Ferrato calce atq; effusa largus habena cunctantem impellebat equum: vbi per calcẽ ferratum calcaria e ferro intellexit quibus equos concitamus: non aliter q̃ flagellis e summis arborũ partibus, e loris, e neruo taurino. Freni vero ipsi a frontalibus pendẽt quæ caput equi hinc inde vinciunt: et additis bullis interdum auratis gẽmisq; venustant. Plinius in .xxxvij. de Coclide gẽma Quondamq; tantę magnitudinis inquit fecere vt equis regum in oriente frontalia atq; pro phaleris pensilia facererent. Habenę. retinacula Calcaria flagellum. Calx ferratus. Frontalia

EPhippium sella dicitur quæ equis ad molliorẽ vecturam imponitur et loris canabinis quę cingulas vocitant ventrem cingentibus ne diffluat continetur. Martialis. Ephippii lẽmate præposito in Apophoretis. Stragula succincti venator sume veredi. Nam solet a nudo surgere ficus equo. Inde equi ephippiati quorum contrarii sunt a nostris desultorii nuncupati: q; ex his facile desiliant desultores: qui teste Manilio in quinto Astronomię fiũt sub signo Eniochi. At generaliter oĩa quę mulis equisue insternuntur Strata dixere: et equos stratos ac instratos eis ornatos T. Liuius in .ij. bello Punico. Armatos deinde instratisq; equis signũ expectare. Et ab vrbe cõd. libro vii. Mulis strata detrahi iubet. Seneca ad Luciliũ. Stultus est q̃ equum empturus nõ ipm inspicit sed stratũ ei⁹ et frenos. Sili⁹ Stratumq; ostro quẽ cepat ipe cornipedẽ Ephippio aũt dextra ac sinistra loris quibusdã ferreę machinulæ addũtur quas ꝯtra pedes elegãter et Latialiter appellabimus. quia in his sessores dũ terga premunt equoꝝ pedes habere cõsueuerũt: apđ maio= Ephippiũ Cingulæ Ephippiati equi. Desultorii strata strapedes.

res vt in statuis equestribus apparet nō fuere. Ephippū ipm dicitur q supra equum ponatur: nam greci Hippon equū nominant: vnde Hippodromus/Hippiatros equomedicus: hippocāpus piscis: hippomanes & carūcula & vir⁹: hippona dea equorum sicut Bubona boum: Hippoconij vero mangones ab eqs componēdis colorem fuco: robur inani sagina vt ait Quintilianus mētientes: & Hippiades statuę mulierum equestres qualis Chloelię inter obsides Porsenę posita dicitur: ac Hippagones naues transuehendis conuehendisq; caballis aptæ.

Hippos
hippomanes.
hippona
Bubona
Hippoconij.
hippiades

Monile

MOnile non solū mulierum ornatus dicitur: sed equorum etiā pendens a collo in pectus vt scribit Pompeius. Ouidius in fastis Dat digitis gemmas dat lōga monilia collo. Aulus Gellius in noct. atti. equitatū inquit frenis ephippijs monilibus phalerisq; prefulgentem: quæ verba apud Macrobiū in saturnal. recitat pretextatus: & Poeta de equis latini Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Postilena

POstilena incuruum lignū siue crassius lorū dicetur quod sub iumentorum cauda posuere: eo q a posteriore parte habeatur. Plaut⁹ in casina Ita te a gerunda aqua curuum faciā probe vt postilena possit ex te fieri: hinc per contrarium Antilena qua pectus cigitur vt pectorali: sed & cingulas laterales legimus a lateribus quę cingūt: addunt fere omnibus bullæ ex orichalco in pris orbiculatę extuberantesq; ad ornatū & splēdorē.

Antilena
Cingulę
laterales

Phalera

PHalerę equorum ornamenta dicuntur a verbo græco q illustrare significat. Verg. Primus equū phaleris insignē victor habeto: & poeta satyrograph⁹/magnorū artificū frāgebat pocula miles vt phaleris gauderet equ⁹. Iñ phalerat⁹. Suetoni⁹ i Claudio. Crass⁹ frugi equo phalerato & i veste palmata

Helcium

HElcium dicitur ante pectus equorum & id genus animalium ab armis. i. humeris pendens instrumentum quoddam tractorium quo & molę illi per machinulam innexę versantur: & curricula per temonē trahuntur. Vnde & nomē accepit. Helico &. n. gręce traho latine interpretantur. hinc helciarius apud Martialē q fune canabino nauē trahit aduersus vndas. Sidonius curuorū hic chorus helciariorū: de Helcio meminit Apuleius metamorph. 9. Defectū alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinę liberatum applicant pſepio. & paulopost: helcio tandē absolutus refectuiq; secuere redditus.

Helciatius

Clitella

CLitellę appellantur quibus colligatæ sarcinulæ mulis & id genus veterinis portant vt scribit Pompeius Horati⁹

In satyricis Sermonibus: hinc muli capuę clitellas tempore ponunt. Inde muli clitellarij. Plaut⁹ in mustellaria. Muliões multos clitellarios habent: ego habeo homines clitellarios magni sunt oneris/quicquid imponas vehunt: operimenta vero qbus multorum boumq; & equorꝫ dorsa conteguntur Dorsualia vocant At sacculi scortę ad ferenda numismata siue cętera ad iter peregrinationẽq; necessaria bulgę dñt autore Põpeio: alij vulgas vocitarũt. Seneca ab equis quib⁹ portanť hippoperas. Ipi⁹ hęc verba sũt ex libro epl'arũ ad Luciliũ. 13. M. Cato censori⁹ quẽ tã necessariũ Reipu. fuit nasci q̃ Scipionẽ. alter. n. cũ hosti bus nr̃is bellũ alter cũ morib⁹ gessit. Cantherio vehebať. hipposperis qdẽ impositis vt secũ vtilia portaret: sũt & manticę ac ꝑ diminutionẽ manticulæ puulæ viatorię. Aesop⁹ ille festiuissimus Apologorũ scriptor duas mãticas singulis dedit hoĩb⁹ Anticã & Posticã in illa aliena in hac nr̃a reposta sũt vitia. Sed vtinã obuerterenť vt sua quisq; vitia intueri possit: aliena nõ tã facile posset. Verum nemo videt vt ille inq̃t mãtice quod in tergo est.

Clitellarii. muli
Dorsualia
bulgę quę Vulgæ
hippoperę
Mantica
Mãticula.

AVIARIVM CAPVT. IX.

ORnithones Loca appellamus omnium alitũ quæ intra parietes dom⁹ solẽt pasci: yt ex. M. Var. scribit A. Gel. noct. attica. secũdo Auiaria quoq; dici possunt: q aues ibi pascunť inclusæ q̃ primus istituit clausis oĩm generꝫ auib⁹ M. Lælius Strabo brũdusii equestris ordinis ex eo cœpimus inquit Plinius animalia carcere cohercere quibus natura cælũ assignauerat/Vbi vero opimabãtur altilias Saginarium a sagina dixere Vnde. M. Var. scribit in re rustica pullos anserinos ĩcludi saginario: Est & Cors quam cohortem quoq; dicim⁹ locus cictus Parietibus quo ga lina anates & id gen⁹ reliqua habere ĩ Villa solem⁹/Vnde cohortales apud rei rusticæ scriptores gallinæ vocanť: Oui. abstulerat multas ĩ la cohortis aues & Varro: Cors in qua pascebãtur gallinæ/Greci ornithotrophion nominãt a gallinis pascendis quas ornithas nuncupant pre cæteris in eo Includi solitas/nam & alias aues/hic ornithogonia de Auitii natura cõmentarios legimus Inurbana quoq; domo cortem facere poterimus ĩ qua pascere ciconias grues Pauones gallinas anseres & similia dabiť ad vsus quotidianos. Excreta autẽ Purgamenta tritici minuta ad cibos cõmode dabunť gallinis & cæteris auib⁹ cohortalibus: & maxime cum Annonæ caritas fuerit.

Ornithones.
Auiaria
Saginariũ
Cors
ornitotrophion

AQuilæ vt refert Aphrodiseus ĩ ꝓblematis oculorꝫ acie acutissima iter aues prĩcipatũ sibi vendicãt/nunq̃ bibũt

Aquila

veluti & cæteræ volucres aduncæ/carniuorę/quod faciunt genera auium rectunguia/fulmine non tangunt. Vnde armigeri Iouis nomen acceperunt. C. Marius secundo consulatu romanis aquilam legionibus solã dicauit cum eã antea vna cum lupis equis apris & minotauris in signis haberẽt. Plura aquilarũ esse genera satis notum est quorum ad venationẽ nõnullis vti-
Anatariæ aquilę accipitres mur. hinc Asturij quas ab anatũ venatu Anatarias aquilas latialiter nuncupabimus principes & ditiores ad delicias alũnãtur. quẽ admodũ et accipitres/quibus societate quadã aucupãtur sagacibus catulis aues excitantibus/quas humana gula populetur. Verum lepusculos etiã aquilę venãtur. Vnde grępcis ẽ lagophonon. De accipitrum aquilarũq; generibus multa Plinius Albertus magnus et Aristoteles tradiderũt apud quos cõplurima si volueris diligens lector inuenies. Sed plurima in libellis qui cura virorum principum et ditiorũ extant super educatione accipitrum et cæterarũ auium q̃ venatiõis sociæ sunt.

Pauo. PAuo auis Iunonia laudatus expandit colores caudæ aduerso maxime sole: nã sic fulgentius radiant sed non ante trimatum. Vnde epigrammatarius poeta de pauone in Xeniis Miraris quoties gemmantes explicat alas. Et potes hanc sæuo tradere dure coquo. Est illi vt refert Aristoteles hist. animaliũ primo. Cura ornatus & politura: veluti mansuetudo ele-
pauo in cibis primo phantis: & vulpibus astutia. Pauonem cibi gratia primus occidit orator Hortẽsius: saginare vero instituit. M. Aufidius Lurco circa nouissimũ piraticum bellum: redituſq; ex eo quęstu sestertium sexagena milia habuit: eius caro non facile corruptione putrescit vt Diuus Augustinus in dei ciuitate attestatur

Phasianę PHasianę dictæ a phasi colchorum fluuio existimantur. Ab argonautis nanq; ex eã regione in gręciã transportatę sunt: Id quod Martialis disticho cui Phasianæ lẽma est dilucide ostendit. Argoa primum sum trãsportata carina: ante mihi notum nil nisi phasis erat: & Petronius arbiter in satyris. Iã phasidis vnda orbata est auibus: phasianę in cibis pręcæteris volucribus cõmendanť: nutriunt enim impensius nec stoma-
Itis. chũ vtpote concoctu faciles lędunt. In hanc auem Itim Terei mutatum mythici fabulantur.

Perdices PErdices libidinosissimę aues creduntur: Plinius in decimo. Illę quidem et maritos suos fallunt: quoniã intemperantia libidinis frangunt eorum oua ne cubando detineantur: tunc inter se dimicant mares desiderio fœmi-

natum victū aiunt venerē pati:Id quidē & coturnices:Trogus inqt & Gallinaceos aliqñ.Idē Aristoteles hist. animaliū nono scriptū reliquit.Hic.M.Varro:sic perdices q̄ vt Archelaus scribit voce maris audita cōcipiūt:& Solinus: dimicaṫ circa cōnubium victosq; credūt fœminaꝝ vice sustinere venerē:ipas libido sic agitat vt si vētus a masculis flauerit fiāt pregnantes odore:iucundissimi sunt saporis: & ideo solis diuitū mēsis app veteres ponebāṫ.Mart. ponit Ausonijs auis hęc rarissima mensis: hāc in lautoꝝ mādere sępe soles. Est de illa & nr̄m distichon:

Lautorum dubijs perdix sodomitica cœnis
Aptior ęgrotis iuscula sępe dedit.

Theophrastus philosophoꝝ pitissimus oēs i Paphlagonia pdices bina corda hr̄e scripsit: sicut icherroneso ad ꝓpōtidē lepores bina habere iocinora testantur Plinius & Aristoteles.

COturnices a sono vocis autore Pōpeio apd Delon partu deoꝝ isignē prio iuentę:vñ insula nomē accepit:Ortygias gręci nūcupāt:neoterici qualeas: cibos gratissimos hn̄t venenoꝝ semina:nā Elob oꝝ comedūt hoibus lœtiferū:vt refert Aphrodisęus in Preblematib⁹: Lucretius i libris de reꝝ natura Pręterea nobis Veratrum est acre venenum.At capreis adipes & coturnicibus auget: quam ob causam mēsis pudentioꝝ damnatæ:simulq; propter morbum comitialem despui suetū: quē solę animaliū sentiūt preter hominem.Autores Plinius & Solinus:Hinc nos disticho lusimus. Coturnix Ortygiæ Qualiæ Hirundo Chelidon

In pretio sum nunc olim damnata Coturnix:
Vox nomen pretium dat sapor ipse mihi.

Paruę sunt auiculę:& cum ad nos venerint potius terrestres q̄ sublimes:nā aduenę sunt:vt hirūdines per ver veniētes ad nos flare icipiente fauonio:quē ob id chelidoniā vocarūt a visu hirundinis q̄ gręce chelidō.Hic chelidonia herba:qua oculis pulloꝝ in nidulo visum restituūt. Arist.hist.animaliū octauo scribit Coturnices abire ducib⁹ glottide otto & ortigometra atq; etiā Cinchramo a quo & noctu inquit reuocantur. Chelidonia Glottis Ottus

POrphyrio auis est laudatissima in comagene:nobilior tamen balearica vt tradit Plinius.Cui inter aues Hæmatopodas a colore pedum sanguineo numerandæ rostrum quod pro maxillis aues habere testis est Aristoteles & prælonga crura rubent.Auium sola morsu bidens cibum omnem aqua tinctum ad rostrum pedib⁹ veluti manu affert:de illa disticho meminit Martialis in Xeniis. Nomen habet magni volucris Ortygometra Cinchramus Porphirio Rostrum

tam parua gigantis: & nomē Prasini Porphyrionis habet. Hāc ego crediderim esse quam Siculi & Romani vernacula lingua Coturnicen appellant. Nam aliam esse a phœnicoptero ex pēnis rubentibus nomen adepto certo certius est.

Coturnix

Phœnicopterus

Grus

Grues quæ a sono vocis: excubias nocte diuidūt: capite subter alā condito dormiūt: alternis pedibus insistentes. Dux ipse detecto capite ꝓspicit & quod senserit ore significat nam de lapide quod dicitur falsum esse Aristoteles histo. animalium. viii. existimauit. Abeunt ex vltimis in vltima flatu secundo volantes. Hinc ex scythicis campis ad paludes ægypti superiores vnde Nilus profluit venire dicuntur quo in loco cū pygmeis bellantur. Non enim id fabula est. Sed certe genus tū hominum tum etiā equorum pusillum vt dicitur est: degūtq; in cauernis ex quo nomen a subeūdis illis accepere: ætatem in his indicat color nā senectute feruescunt autore Solino: cuius rei causam reddit Aristoteles vltimo de generatione: volantes autem ordine quodam. Y. litteram faciunt. Id quod Palamedē depræhendisse legimus. Diuus Hieronymus ad Rusticum de vita monostica Grues inquit vnam sequuntur ordine litterato Martialis. Turbabis versus nec littera tota manebit: vnam pdideris si Palamedis auem: & Claudianus.

Pygmei

Y littera

Pendula ceu paruis moturæ bella colonis.
Thracia cum tepido permutant strymona Nilo
Ordinibus variis per nubila texitur alis
Littera: pennarumq; notis inscribitur aer:

Plinius in Balearibus inquit insulis in honore mensarum esse Vipiones: sic enim vocant minorem gruem: at Pipiones pulli sunt columbini.

Vipiones

Pipiones

Ciconię

Lingua carent

Ciconię lingua carere dicuntur: Sonum enim quem edūt oris potius q̄ vocis esse existimarunt: maxima est his nec vulgaris pietas senectam genitricum vicissim educādo vt Aristoteles nono historiæ animalium autor est. Tantus his præterea honos in thessalia serpentum exitio vt capitale fuerit Ciconiam occidisse: vt refert Solinus Cornelius Nepos qui sub diuo Augusto cæsare decessit: cum scriberet Turdos pauloante cœptos saginari: addidit Ciconias magis placere quam grues: cum hęc nunc teste Plinio ales inter primas expetatur: illam nemo velit attigisse: Ciconiæ autem pulli in cibo lippitudini ipendio medētur: hos apponere mēsis istituit Ruffus p̄torius vt apud Porphirionē legimus Ciconia ipā gręce πελαργοσ

Pulli

Ruffus p̄torius

Ciconię

ANser natura est ad sensus & strepitus ales acuta & sollici ta:eidem vigil inest cura defenso capitolio maxime cele brata quo tēpore Galli Senones vrbe capta & incēsa duce Brē no capitolium noctu ascēdentes anserum strepitu ac clangore excitato Manlio deiecti fuere:vt scribunt T.Liuius.v.ab vrbe cōdita.Plinius & Plutarchus in Camillo.Hinc Lucretius.Ro mulidarum arcis seruator candidus anser.Apud veteres cōmē dabant in cibis anseres pręsertim iocinore qd fartilib⁹ quibusdā in ventre vt cresceret excogitatū est:exemptumq; lacte & mul so magis augeri Hora non sine farre pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.Scipio:an Metellus:an.M.Sesseius tantū bo num inuenerit incertum est Cotta quidem Messalinus palmas pedum ex his torrere:atq; patinis cum cristis gallinaceorum con dire monstrauit:cōmendant apud nos & pluma qua culcitras farcire consueuimus & adipe.Liquamine etiam inde excogita to quo pręcipue hebręi in condimentis vtuntur:locus aūt pro prie vbi aluntur anseres:chenoboscion Græci appellauere:nā Χην Χηνος anser est. — Anser; Pluma anserina; Adeps; Liquamē; Chenobosc

ANas quæ gręce νησσα a natando nomen accepit: Cice ro.scerpere angues:natare anaticulas:volare merulas:cor nibus vti videmus boues.Nepas aculeis: suam deniq; cuiq; na turam esse ad viuendum ducem in aquis em̄ libentius q̄ in ter ra versatur.Ex quo inter Amphibia numeratur:quæ græci vo cant auiū genera vitę duplicis nr̄i non tantū cū terrestria sed aquatilia desiderēt pabula.vt Varro Plinius Columella & Am mianus scripsere Aristoteles histo.animalium:vii.refert circa lacus & amnes versando victitauere anates holores phalarim vrinatricem boscam anati similem sed minorem:holores & ā seres quemadmodum gauię merei Fulicę cęteris auibus do mesticis calidior est & plurimi nutrimenti vt est apud Auicen nam A gulosis & pectore & ceruice commendatur in cibis:vñ Epigramm.poeta in Xeniis.Tota quidem ponatur anas sed pe ctore tantum & ceruicis sapit cętera redde coquo: vbi Anates clausę pascuntur Nesotrophion gręci dixere. — Anas; Amphibia; Phalaris; Vrinatrix; Bosca; Fulicę; Gauię; Nesotrophion

CYcn⁹ gręce κύκνος Higi.holor latine auis ē tota cādida q̄ morti proxima cātū flebilē canere dicit̄:quasi diuinās meliorē esse mortē q̄ vitā.Ideoq; Apollini vaticinationū deo erat dicata:vt scribunt.M Tul.& Plato.Mar. Dulcia defecta modulat̄ carmina lingua.Cātator cygn⁹ funeris ipse sui. cy gnus Phętōtis amator post illi⁹ iteritū diutina fletu i hāc alitē

Holocaustum Holographũ testamẽtũ Holophãta

mutatus esse dicitur in fabulis: Aduenientes e lõgin quo holores colla præcedentibus imponũt: & fessos ad terga recipiunt: autor Plinius: sic dicti vt qbusdam placuit ꝙ in totũ candicat veluti holocaustum victima quæ itegra ignibus imponebat: holographum testamẽtũ sola testatoris manu scriptũ & holophanta in omnib⁹ mẽdax.

Struthiocamelus.

STruthiocamelus auis est magnitudine reliquas excedẽs ita vt bestiarum pene generi sit adnumerãda / nam a terra non tollit / pedibus pugnat qbus hominẽ etiam prosternit: cõcoquit deuorata quantumuis durissima vt clauos quoqꝫ ferreos / Cõmendãtur oua ipsius / propter amplitudinẽ recepta pro vasculis: & pennæ ad cristas galearum conos adornantes vt Plinius autor est.

Gallus. gallinace⁹

GAlli gallinacei sydera nouere ternas distinguẽtes horas interdiu ipso cantu: quem generosissimi ferarum leones extimescunt: vt scribunt Solinus & Lucretius / Mortales ad opera excitant somnos abrũpentes: nã ante lucem in crepusculo canere solent diem aduẽtare nuntiantes: cuius rei causam reddit. M. Cicero de diuinatione ex Domocriti autoritate: canere autẽ desinunt castrati: De his Plinius in decimo Horum iquit sunt Tripudia solistima: hi magistratus nostros quotidie regũt domosqꝫ ipi suas aut claudũt aut reserãt: hi fasces romanos impellunt aut retinent. Iubent acies aut prohibẽt: victoriarũ oim

Pullarius

toto orbe partarũ auspices: hæc ille: moris. n. fuit romanis ducibus pugnam inituris aduocare pullarium vt offas Gallis obijceret ad augurũ captandũ: si vescerentur ratũ erat auspicium

Tripudiũ. solist.

cum aliquid ore excidisset terripudiũ dicebat solistimũ: mox tripudiũ dictũ: quoniã scilicet esca in solo cadebat. M. Tulli⁹ de diuinatione libro primo. Cũ terripudio Flaminius auspica-

Alectori⁹

retur Pullarius diem prẹlij committẽdi differebat. Gallus grẹce αλεκτορ vnde Alectorius lapis qui in ventriculo ipius inuenitur.

Capones Maialis Chãterius Veruex. Caper

CApi siue capones galli gallinacei castrati dicunt vt scribit. M. Varro & Colu. differunt ergo a gallis: vt maialis a verre Cantherius ab equo admissario: Veruex ab ariete: & caper ab hirco. At in cibis gratiores sunt vtpote remoto veneris vsu facti pinguiores & salubrioris nutrimenti: Martialis in Xeniis. Me nimis exhausto macresceret inguine gallus amisit testes nunc mihi gallus erit. Plinius Desinunt canere castrati: qđ duobus fit modis: lumbis adustis candente ferro: aut imus cru-

tribus mox vlcere oblito figlina creta: facilius ita pinguescunt: Arist. hist. animaliũ. viiii. Castrãtur gallinacei parte nouissima sui alui quę cũ coeũt concidit: hãc. n. si duob⁹ aut trib⁹ ferramẽtis adusseris capos facies: pfecte castratis crista palescit & ipi cucurrire desinũt: neq̧ rẽ venereã repetũt: castrata aũt oĩa au ctiora q̃ nõ castrata euadũt: E gallis apd nos euulsis testiculis p posteriora modico vulnere capones fiũt: hic nostrũ distichon. Cucurrire Castrata omnia distichon

Pinguior vt fierem dempsit genitalia lumbis
Rustica: sumq̧ capus: antea gallus eram.

Pinguescũt aũt milii farina cũ melle preserti & turũdis in cibo datis. Nam Plinius eo noĩe vocat Bucceas quibus farcire saginareq̧ gallinas anseres & capos solemus. Turundę

Gallinę oĩ tẽpore i loculamẽtis dispositis: aut ab ipismet electis loco abditiore oua pariũt preterq̃ in duob⁹ mẽsibus hyemis brumalibus: sed nõ oĩa ad prolẽ apta: egerũt nãq̧ irrata q̃plurima q̃ a græcis Hypenemia quasi subuẽtanea: a latinis zephyria dicunť: & minora & minus iucũdi saporis: q̃dam geminos icludũt vitellos. Pumilionũ genus fœcũditate laudatur: Ar. hist. animaliũ. vi. Adrianę gallinę iquit paruo q̃dẽ sũt corpore sed quotidie pariũt: nã quod icremẽto corporis deest in excremẽtũ seminale exundat vt idẽ refert de generaõe libro tertio. Vulgares etiã gallinę fœcũdiores sunt generosis: patauinas commẽdat magnitudo. Saginatę libras sexdecim põdere exuperant. Primi deliaci saginare docuerunt: Exceptæ cœnis fuere interdicto legis. C. Fãnii cõsulis annis. xi. ãte bellũ tertiũ punicũ. Pinguescũt aũt i tenebris farina mulso cõspersa i cibis addita autore Columella: Mart. in Xeniis de altili gallina premisso lẽmate: Pascit & dulci facilis gallina farina: Pascit & tenebris igeniosa gula est: Puluere ipendio delectanť in quo sese volutãdo quodã mõ scabũt: Sũt. n. pulueratrices veluti ex hu miuolis Alauda perdix & attagena Ionię laudatissima: de gallinarum generibus ouis & incubatu: ac de gallinariis cõstituẽdis Plinius in decimo: Columella in nono scripsere: hoc vnũ minime p̃tereundũ: pullis exclusis matrices glocitatrices sub caueis ex salice cęterisq̧ vitilib⁹ cõcinatis icludẽdas cũ pullis: quoad illi firmiores fuerit: nec illud quoq̧ omittẽdũ q̃d scribit Iulius Pollux: caueã i quã se cortis alites cubitũ ituræ recipiũt Gallina Hypenemia Zephyria Gallinę pumilię Saginare gallinas Pulueratrices aues Attagena Gallinaria

Pulli gallinacei dicunť fœtus gallinarũ vt nomẽ p̃fert adhuc tenelli: pullastrũ & pullastrã neoterice vocamus. M. Varro rei rusticæ tertio: Cors in qua pascebantur gallinæ: & Pulli gallinacei

earum fruct⁹ erāt oua & pulli: de his quoq; disticho meminit Martialis in Xeniis. Si libycę nobis volucres & Phasides essēt acciperes: at nunc accipe cortis aues. Pullus autē generale vocabulum est omniū alituū. Sed quadrupedū etiā quorundam fœtus pulli dicuntur: veluti pullus equinus & asininus: a quib⁹ pullini dentes quos primū eiiciūt nomen adepti. Pullus itē puer eius a quo obscæne esset amatus. Vnde. Q. Fabius cui eburno cognomen fuit propter cādorē: q eius natiuis icta esset fulmine pullus Iouis est appellatus: Pullus quoq; ater color dicit: qui græce est a carbone Anthracius: hinc pullat⁹ atratus & nigra veste indutus.

Pullus. Pullini dētes.

Turtur

TVrtures verno tpe occultātur pēnasq; amittunt: mēstru fœtura albæ inter illas cōmendantur. Illud scitu & admiratione dignum est quod traditur. Turturem amisso viduā marito arborem viridē nō petere: sed siccis ramalibus & trūcis sp insidere: ac fluenta lympida ad potū turbidare. Pinguior in cibis probatur: & cura quidē leuiore q̄ cęteræ aues saginātur: nā in tenebris milio pīguescit: habitat æstate loca frigida: hyeme tepida: at Fringilla tepidis æstate per hyemes frigidis delectat. Dysentericis in cibo turtures mire pdesse dicuntur: vtpote vētrem sistentes: sed efficatior ad hoc illarū sanguis habetur.

Fringilla.

Ficedulas.

FIcedula auis paruula sic dicta videtur: q ficub⁹ pinguescat: vt autor est M. Varro in libris linguę latinæ. Vnde Martia. Cū me ficus alat cum pascar dulcibus vuis. cur potius nomē nō dedit vua mihi. Gręci quoq; Sycelidē q ficubus vescatur appellauere hoc nomen autumno tantū possidet: nā postea a nigro vertice melācoryphus vocat latine atr capilla hoc scitu dignū naturam auibus neq; vessicā vrinæ receptaculum neq; renes elargitā esse: quia multa indigebant humiditate: vt oriri pinnę atq; inde crescere possent: neq; oino quidē mingūt cum vero bibunt stercus immodice humidum deiiciunt.

Sycelis Melācoryphus. atricapilla

Turdus

TVrdos inter reliquas aues in cibis laudauit antiquitas: vnde Horarius. Nil melius turdo nil vulua dulci⁹ ampla. & Epigrāma. poera in Xeniis. Inter aues turdus si quis me iudice certet: inter quadrupedes gloria prima lepus: prefert eorum genus quoddā reliquis maiusculum pectore albo: nigrātibus maculis variegato quod merulę magnitudine per hyemem iuniperi baccis enutritū pręsertim montana mittere sub Pillaris nomine cōsueuerūt. Turdi aūt paulo aā diui Augusti Cæsaris prīcipatū in turdario Saginari cœpti sūt vt ex autoritate Nepotis diximus: Columel. rei rusticę. ix. de educādis in ornithone tur

Pillaris Turdariū.

dis hęc scribit: hac impensa curaq; .M. Teretius ternis sępe denariis singulos emptitatos esse significat auorum temporibus: quibus qui triumphabant populo dabant epulum: at nunc ętatis nostrę luxuries quotidiana fecit hęc precia: sermone humano edocti loquuntur. Agrippina coniunx Claudii pricipis turdum habuit (quod nunq̄ ante inquit Plinius) imitātem sermones humanos cum hęc ptoderem.

Merula

MErulę dictę q̄ merę idest solitarię volitant: vt sentit .M. Varro in libris de lingua latina hinc merulatim solitarie dicemus. E nigris ruffescunt: canunt ęstate: hyeme balbutiunt: circa solstitium mutę: rostrum anniculis marib⁹ in ebur transfiguratur circa Cylenem arcadię nec aliubi candidæ nascuntur. Primę auium pariunt & partum non educant: at fœliciter secūdū ducunt ad finē vt Ari. hist. animaliū quito testaī.

Sturnus

STurni nigri albis distincti maculis proprium habent caternatim volare: Vnde sturnatim sicut graculatī: humanū sermonem ipsi ac luscinīæ cantu imitantur: Papinius: Auditasq; memor penitus dimittere voces Sturnus: & aonio versæ certamine picæ. Et Pli. Habebant inquit Cæsaris iuuenes Sturnum item luscinias gręco sermone dociles: preterea meditantes in diem & assidue noua loquentes longiore etiā contextu: In luscinia pfecta musicę sciētia modulatus editur sonus & nunc distinguit̄ cōciso: copulatur intorto· promittitur reuocatur infuscatur ex inopinato: auspicio efficaci in ore Stesicor cecinit infantis albicantibus pennis nec quidem arte olim luscinia dono data est Agrippię Claudii Cęsaris vxori: Philomena vt fabulę tradunt cum per vim a Tereo esset violata & elinguis facta satis decente metamorphosi hanc alitem sibi induit Vnde Martialis in apophoretis: flet Philomena nefas icesti Tereos & quæ muta puella fuit garrula fertur auis: nam armonia cantus & varietate modulatisoni cōmendatur.

Luscinia

Philomēa

Psitacus

PSitacus auis est tota viridis torque tantū purpureo in ceruice distīcta: India & oriētalis plaga hac abūdat: Papin. in siuis: Psitacus ille plagæ viridis regnator coę. Plinius India auem hanc mittit Sitacen vocant viridē toto corpore: torque tantum miniato in ceruice distīctā: Imperatores salutat: & quę accipit verba pronūciat: i vino pcipue lasciua capiti ei⁹ duritia eadē q̄ rostro: hęc cū loq discit ferreo verberaī gladio: nō sētit aliter ictus: cū deuolat rostro se excipit: illi initit leuioreq; se ita

Sitaces

pedũ infirmitati facit: cui adſtipulãtur Ariſtoteles/ Solinus/& Apuleius floridorũ ſecundo:meminit etiã de illo Martia. Pſitacus a vobis aliorũ nomina diſcã:hoc didici per me dicere Cæſar aue. Macrobius in Saturnalibus de Aug. Salutatus ſimilit̃ a Pſitacho emi iuſſit eũ. Idem miratus in pica hãc quoq; redemit:nã & picę humana voce ſermocinãtur hoc aũt cõſtat aues quæ litteras ꝓferre poſſunt:lingua prę cæteris eſſe latiore: nã lata lingua vt refert Ariſtoteles de partibus Animalium ſecundo abſolutior eſt.

Aues ſermocinantes.
Lata ligua
Pica.

PIcæ adamant verba quę loquũtur:nec diſcunt tantũ:ſed diligunt:meditãteſq; intra ſemet cura atq; cogitatiõe intentionem non occultant:conſtat emori victas difficultate verbi:verum addiſcere facilius putãt quibus glãs cibus eſt:& quorum pedibus vt hominis quini digituli numerãtur:nõ.n.id oĩbus inſigne:ſed illud omnibus propriũ:ꝙ cantu eloquũtur:ita vt vocem ſi audias hominẽ putas: nec mirũ cum Pieri filiæ cũ muſis auſæ cantu decertare in id genus auis ſint mutatæ. Statius & Aonio verſę certamine Picæ. Nuper inquit Plinius cerni cœpere picarum genera quæ lõga inſignes cauda Variæ appellantur. His proprium eſt omnibus annis cum ſerit̃ rapa caleſcere:vt corui omnes aquatici caluefcunt:ob id phalacrocoraces nominati:nã phalacros caluos gręce dici ſatis notum eſt Pica aũt eadẽ eſt quæ Citta græcis: vnde cittan in pregnantibus dicunt:quoniã auis illius variæ modo ſolent varia appetere:nã & cruſtas(vt cętera taceã)ex flũib9 i eſcã petũt nõnullę.

Vatię picę
Aquatici corui
Phalacrocoraces.
Phalacri

COruos qui gręce Coraces ore coire & parere vulgus arbitratur: ad quod reſpitiens Epigrãmatarius Poeta in apophoretis ſcriptũ reliqt:Corue ſalutator quare fallator haberis. Iu caput intrauit mẽtula nulla tuũ. Id tamen Ariſtoteles de generatione animalium tertio negauit. Impatores ſalutãt vt ſcribunt Plinius & Macrobius hiſtoriã illius corui referẽtes q ſub Tiberio principe ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in Forum Tiberium: Deinde Germanicum & Druſum. Cæſares nominatim:mox trãſeuntem populũ Ro. ſalutabat. Hũc Sutor ſiue ęmulatione ſiue iracundia ſubita ductus propter maculã calceis/excrementis eius poſitã interemit tãta plębis conſternatione vt ſutor interemptus ſit:funus vero aliti celebratũ cõſtrato lectulo ſuper duorũ æthiopum humeros præcedẽte tibicine ad rogũ vſq; qui cõſtructus dextra viæ Appiæ ad ſecũdũ lapidẽ fuit. M. Seruili o. C. Ceſtio conſulibus ad. v.

Corax
Coruus

Hiſt.
Corui

kalendas aprilis:Corui rarẽter cibos venantur:sed carne morticina hoc est aĩalis per se mortui vescũtur:vt vultures qui & Vulturii & aquilarũ plura genera:apud veteres futura significare putabantur cãtu & volatu:Inde Phœbo aues dicatæ deo diuiãtionis:ex eoq; a Silio Italico Phœbea ales coruus nũcupatur. Morticina

Cornix & ipsa voces humanas imitatur:Papinius in Siluis. Quæq; refert iungẽs iterata vocabula cornix. õnes tamẽ fere codices Perdix habent:quod etiam num legi posse ipse crediderim propter perdicis fabulam ouidianam. Adde q Serenus illam garrulam appellat.i.canoram : aut ouum illitũ tulerit quod garrula perdix. Cornicẽ vero vocalem inueniri & nos liquido scimus & Plinius locupletissimus testis accedit in decimo sic scribens. Nunc quoq; erat in vrbe roma hæc prodẽte me equitis romani cornix e betica/primũ colore mira admodũ nigro deinde plura cõtexta verba exprimẽs:& alia atq; alia crebro addiscens/Cornicis vita lõgissima/ vt pote cui nomen nostras ętates dedit Hesiodus. Hic Iuuenalis de Nestore ętate polycronia longæuo:Exemplum vitæ fuit a cornice secũdæ. Cornix Perdix

Graculi vt ipse existimo dicũtur a voce quam primæ nominis sylalabæ correspondẽtem emittunt. M. Varo in libris ligũæ latinæ dictos credidit q gregatim & agminati volitãt est illis hoc namq; peculiare & genuinum vt quotidie videm⁹ Non desunt qui a gerendo deducant/q iacta furmẽtorum siue leguminum semina gerant/est præterea his & auri & argẽti cõ plurimũq; aliarum rerum mira furandi natura:ex quo nonnulli monedulas appellauere/exprimũt etiam sermonen humanũ quo impensius delectant/& caueis emissi reuertũtur. Quidã attamen inter genera monedularũ quę tria faciũt Graculũ posuere & lupũ cognominatũ paruum & scuram. Graculus Moedule Genera Lupus Scuram

Alauda auis est quã & galeritam dicimus cũ plumula illata in capite/huic similis est Terra neola:nisi q apicem non habet sic dicta quoniam i terra non in arboribus diuersat nidificaturq;:ãbæ suauissime cantillant caueis inclusæ: Alauda neoterice nomen retinet Terraneola apud nos triuialiter: Regius appellatur: Grœci alaudam a galia Corydalum dixerunt:est:n:apud illos κορυσ galea:vnde etiam nostri galeritã nisi potius a galero. A lauda Terraeola

Cassita auicula est quæ in segetibus diuersatur & nidulũ cõstruit:id ferme temporis cum messis instat pullos habẽs Cassita Corydal⁹ Calerita

sã iam plumãtes: de qua Aesop⁹ phryx ille egregi⁹ fabulator lusit apologũ quẽ hic nostris iserere operepretiũ duxim⁹. Ea cassita itura cibũ pullis quæsitũ monet eos: vt si quid audiant id cũ redierit sibi referant: Interi aduentat dominus segetis illius & filio matura iquit hæc operas postulãt: iccirco in crastinũ amicos adibis: & roga veniãt operã mutuã daturi vt messis peragatur. Vbi redit mater. renuntiãt omnia/& trepiduli orant vt se se auferat: iubet illos cassita bono aĩo esse: nam si doĩus ait ad amicos messem reiicit crastino seges non meret: Die igit postero cassita ad pabula euolat: domin⁹ frustra amicos prestolatur: tum ille rusũ ad filiũ: Amici nulli veniũt quin potius im⁹ & coguatos affinesq; nostros oramus vt adsint diliculo ad metendũ: nunciãt hoc itidem pulli pauidi Cassitæ: ea hortat sint a metu ociosi: futurum vt necessarii ferme nulli obsequiales sit Aduertant modo si quid denuo dicetur: Orta luce proxima & auicula ipastum profecta affines opellã non prestant. Hinc dominus filio Valeãt inquit beniuoli cũ propinquis: nosmet ipsi cras metem⁹: Id quod vbi a pullis mater accepit hora infit iã est abeundi: nũc dubio procul messis peragetur: in ipso enim iam vertit cuium est negotiũ non in alio aquo petitur: Atq; ita Cassita cum pullulis facessit & seges demetitur: Et hic est Aesopi apologus de amicorum & propinquorum vt Gellius notat leui plerumq; & inani fidutia: Vnde audenter dicere possumus o amici amicus nemo: o affines nulli affines: & illud ex oraculo quasi Delphico exiisse: Ne quid expectes amicos ne quid cognatos quod tu per te agere possis.

Carduelis Ligurinus — Carduelis auis minima est a carduo herba spinosa nomen adepta: legimus apud Aristotelem spinam appetere ligurinum & Carduelem: de illa hæc Plinius in decimo: Minimæ auium carduales in perata faciunt: nec voce tantum: sed pedibus & ore pro manibus: Acanthis grçca dictione a quibusdã nominatur: hinc poeta Littoraq; halcyonem resonant & acãthida dumi: Caphurnius in bucolico ludicro Astile credibile est vt vincat Acanthida cornix: ipse tamẽ aliam a carduele crediderim: vt sit quæ spinus dicitur: Carduelis autem passer solitarius suauiter cantilians lusciniæ/psitaci & reliquæ aues: quæ cãru delectãt caueis clausæ habentur: ide apud Papiniũ in silnis Cauea cni cõplexus ebori virgaꝝ argẽteus ordo Psitacum Melioris custodiuit & epigrãmat poetæ de cauea eborea disti chõ est i apophoretis fiũt cauee a nostris vt pultimũ ordiẽ vir=

(Marginal notes: Acanthis; Solitarius; Spinus; Passer; Cauea)

garũ ænearũ paruulis afferculis ligneis cõplexo. Cõmendanẽ & vitex salicis genus nascens in arenosis Sanguen inter frutices. amerina salix & id genus cętera vitilia ad virgas cauearum Et hæc sunt quę ex multis auiũ generibus paucula ne opistho graph⁹ liber exiret breuiter omissis Galbula vel vt alii Galbero Regulo siue Regaliolo & trochilo oĩm minimo: Moracilla sp caudã mouente: Stardis non in suauibus ad escã. Noctua Oto aurita Buboneq́b⁹ ad aues capiẽdas vtunẽ aucupes: Pico Martio: Passerculo salace Vpupa cristata: & Apodibus: quæ cypselli: vsupedũ carentib⁹: Cuculo: Herodio Ardeaue quã Garzam dicunt: Salo siue Aegitho fœcundo vt perdices & gallinæ: ac platea quæ platalea Ciceroni & Aristoteli Polecanis: congessimus. Iam thermas & prętertim cum bruma anni pars frigidior nunc sit ingrediamur.

Galbula
Galberus
Regulus
Trochilus
Motacilla
Stardæ
Noctua
Picus.
Vpupa
Cypselli
Herodio
Ardea
Garza

BALNEARIA CELLA CAPVT. X.

THERMAE Locus appellaẽ qui lauandi sudãdiue vsibus deputaẽ: aut calidis aquis: aut fornice tantum igne calefacto: nã thermon græci calidum dixere: inde thermopylarũ in græcia trãsit⁹ a calidis aquis nomẽ accepit. Quę autẽ proprie ad sudãdũ loca habenẽ ea in epistolis Seneca Sudatoria nuncupat. Quid inquit cũ sudatoriis? Oĩs sudor per laborẽ exeat. In quibus vero descẽdimus vt lauemur ante cœnã aliisue diei noctisq; horis: nã Cõmodũ Antoninum imperatorem septies vel octien per diẽ lauisse legimus. Balneas vocam⁹ & balineas: nã & græci quoq; balanion: quarũ qui curam habent Balneatores dicunẽ aliqñ mediastini. Dispositionẽ docet Vitruuius in. v. Thermæ balneæq; apud romanos voluptatis & mundiciarũ gratia constitutę sunt tã publicæ quã priuatæ: nec tantum iu solo: sed etiã pensiles: quas Sergius orata prim⁹ instituit. Sed thermæ præsertim publice quarũ multitudo & magnitudo quãta Romę fuerit docent ruinæ: & P. victor ĩ eo libello qui est de regionibus vrbis. Ammianus Lauacra in vrbe inquit in modum prouinciarum extructa. Fuere autẽ ĩ multis Italię locis & extra Italiã balnea quę aquis medicatis morbos curarent: quemadmodum puteolis & in Ethruria: vt scribit Varro: & Sinuessæ: quibus narcissus Claudii cæsaris libertus olim morbo leuatus est: vt refert Tacitus: nam nultis ægritudinibus meditabantur: autore Strabone. Itẽ in villa quã Cicero academiã appellauit Ciceronianę aquę oculis: & iuxta vrbẽ albulę vulnerib⁹ plurimũ cõferentes. Baiis quoq; vitiorũ: vt inquit Seneca: diuersorio in campania erant balnea calidarum

Therme
Sudatoria
Sudatoria
Balneæ
Balneatores
Mediastini
Thermæ
Balnea aquis
Medicatis
Academia
Ciceroniæ.
Aquæ
Baiæ

aquarum & ad voluptatē: & ad sanādos morbos aptissima ab omnibus celebrata: Commēdantur & ceretana valitudinis curandę gratia: vt Strabo testatur: & ad Chalcidis cāpum aquarum calidarum ægretudinibus accōmodatissima: quibus Cornelius Sylla fœlix: vt ipse dici voluit: vsus est. Habuit & lypara siciliȩ balnea ad valitudinem bonā & ex vsu voluptatē prȩstan

Lixignaui balnea dam vt optima iudicata autor Diodorus in .vii. Expertus sum ipse hac proxima ȩstate Lixignaui pagi parmensis balnea: quorum vnda salutari intra pauculos dies vegetus exurgēs ex acerrimo iuncturarū dolore cōualui: testis est Bartholomeus Anselmus medicorū optimus optimorū archiatrus: cui me tantū debere fateor quātum Aesculapio Viribus ex Hyppolyto refor

Lutamēta matus. Vigent hac tēpestate & alia cōplurima balnea aquis medicatis: luto etiā: ex quo ad vlcera īprimis lutamenta cōmedāt de qbus qm superfluū videbatur scribere supersedi

Piscina Natabulū Piscina lauacrū domi erat: vbi frigida calidaue lauabātur atqȝ natabant vt in natabulo. Cicero latiorē inquit piscinam voluissem: vbi iactata brachia nō offenderent. Suetoni⁹ in Nerone. Epulas e medio die ad mediā noctem protrahebat refotus sæpius calidis piscinis ac tēpore ȩstiuo niuatis. Et lampridius scribit Romanorū imperatorē Heliogabalū: nō nisi vnguento nobili: aut croco piscinis infectis natasse: frigridis autē

Psichrolutres. lauacris deditū græco vocabulo: quo vtitur Seneca Psicrolutrem appellam⁹: nū lutra lauacra dicuntur quȩ ab aquis Nym

Lutra. Nymphea phea etiamnum vocata

vrnariū. Vrna. Vrnariū locus ante balneum fuerat: vbi vrnas ponere solebant: vnde nomen: vt sentit Marcus Varro in libris linguȩ latinæ. Vrna ipsa: vt diximus: vas est aquariū: hinc Vrnarium genus mensæ quadrate in culina: de quo latius infra suo loco dicemus.

apoditeriū Spoliariū. APodyteriū latine spoliatoriū & spoliariū locus est ad ministeriū balnei: in quo se loturi aut sudaturi vestes deponebant: meminit de illo Plinius cecilius in epistola ad Apollinarem pluribus locis: & hoc maxīe: inde apodyterium balnei laxū & hilare excipit cella frigidaria: in qua baptisteriū amplū atqȝ opacū in frigidaria autē cella qđ frigidariū: vt nomen indicat frigida: veluti calida in calidaria: iu tedidario tepida lauabātur. Qui vero mercede seruanda in balneis vestimenta suscipie

Capsarius bat capsarius dicebatur: vt refert Vlpianus iureconsultus de officio præfecti vigilum.

LAconicum sudatio cõcamerata dicetur formæ orbicula- Laconicũ.
tæ vbi cruditatem stomachi excoquim⁹: locum igne in-
clusum per spiracula paruula calefaciẽte pręfurnio: hoc est forna- Pręfurniũ
cula ex terra & tubulis mãmatis quæ & mãmæ addito tomẽ-
to concinnata. quã sub noie hypocausti multi signauere: nam Hypocau-
hypocaustum vaporarium interp̃tamur. Papinius in siluis. Vbi stum
languidus ignis inerrat ędib⁹ & tenuẽ voluunt hypocausta va-
porem. Plinius cecilius in epistola ad Gallum de villa laurenti-
na. Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum quod
angusta fenestra suppositum calorẽ. vt ratio exigit: aut effũdit
aut retinet. Ali⁹ oĩno ab hoc erat Heliocamin⁹ vaporãriũ qddã Helioca-
solare. Et item Zetæ loca in pluribus ædium partibus mõ sole minus
multipliciter accepto modo ignibus tepescebant. Vnde Lãpri- Zetæ
dius indicos inquit odores Heliogabal⁹ ad vaporandas Zetas
sine carbonibus iubebat incendi. Sed & pręfurniũ furni forna- Prfęurniũ
cisq́ꝫ os patẽs dicem⁹. Columella de laconico. Mox deinde vt
apti veniamus ad ganeas quotidianã cruditatem laconicis ex-
coquimus & exuto sudore sitim quęrimus: noctesq́ꝫ libidini-
bus & ebrietatibus. dies ludo vel somno cõsumim⁹: ac nosmet
ipsos dicimus fortunatos: quod nec orientem solem vidimus:
nec occidentem.

PRopnigeon proprie significat suffocatoriũ: vtar eni hac propnigeõ
dictione quoad melior dabit: est nãq́ꝫ locus in balneis in Pnigos
quo ignis inclusus exæstuat. Pnigos grece: latie æst⁹ & suffoca-
tio: & pnigo suffoco dicitur: apud Pliniũ dictio est deprauata:
quæ an plinianæ sententię accomodari possit videãt eruditio-
res. Propnigeon equidem optime quadrat. & ꝓ eo quod dixi-
mus accipiẽdum est: nã balnei partes inter quas est ꝓpnigeon
describẽs: adiacet inquit vnctuariũ hypocaustũ: adiacet ꝓpni-
geon balnei: refellendus non est illorum vt manifestarius error
qui Propylæon lectitant.

SPhaeristerium locus est balnei specie rotunda: in quo va- Propylęõ
ria exercitationum genera veteres habuere. Vnde Plini⁹ Sphae-
in epistolis. Apodyterio superpositum ẽ Sphæristerium quod risteriũ
plura genera exercitationis. pluresq́ꝫ circulos capit. Suetonius
in Vespasiano. Valitudine prosperrima vsus est q̃uis ad tuẽdã
eam nihil amplius q̃ fauces cęteraq́ꝫ membra sibimet ad nũe-
rum in Sphæristerio defricaret: Sed imprimis ad exercitiũ pi- Sphæro-
lę fuit deputatus: quã greci σφαίραν appellant: vñ apud Se- machia
necam Sphęromachia pilæ lusoriæ certamen.

Baptisterium
Baptism⁹

BAptisterium in quo quis lauat̃ quasi lauacrum & tinctorium ac piscina ipsa: nam bapto intigo /vnde baptismus in tinctio: Plinius ad gallum /inde balnei cella frigidaria spaciosa & effusa /cuius in cōtrariis parietibus duo baptisteria velut eiecta sinuantur abūde capacia: & ad Apollinarem. Cella frigidaria in qua baptisteriū amplum atq; opacum: Solium itē dicitur in balneis vas in quo lauamur. græci Pyelon vocāt. Celsus Inter positis duabus horis isoliū is aquæ calidæ resupinus dimittēdus est: sicut a gēibus ad vmbilicū aqua teneat/Plinius libro vndicimo de lacte Asine Poppea certe inquit Domitii Neronis coniunx quīgentas per omnia secum foetas trahēs balnearū etiam Solio totum corpus illo lacte macerabat: extendi quoq; cutem credēs & alibi. Argento fœminæ lauentur: & nisi argentea Solia fastidiant /meminit illius etiam Suetonius q scribit Augustum Duretam id dictioē hispanica nominasse/ At soliū oceani primus inter principes Alexander romanus appellauit: Sollium itē Sella regalis græce thronos basilicos: Silius Italicus. Consedit solio rerumq; inuasit habenas: inde legimus in Solomonicis prouerbiis. Iustitia firmatur Soliū.

Soliū

Dureta

Labrū

LAbrum manifestā in hominis partibus habet significationem. Persius /Nec fonte labra prolui caballino qui versus Scazon est teste Ruffino. dicit̃ & vas aquarum hypocoristicos /etiam labellū quo in balneis præsertim maiores vtebātur: Cicero Labrum inquit si in balneo non est cura vt sit: i quo significatu acceperunt Plinius in Epistolis & statius i Siluis. Labrum item a doleū habuerunt olei factores Vnde. M. Cato in re rustica: Oleum in labrum primum indito. inde in alterū dolium /de his labris amurcam sēper fecēq; detrahito sed & labra vinaria legimus.

Labellū
Hipocoristicos

Lintea
Sudaria
Teritoria

LIntea & quibus in balneis vtimur sudaria teritoria. Martialis. Non tam sepe teret lintea fullo tibi: & quib⁹ nautæ vtuntur vela. Virgili⁹. Certum est dare litea retro. His æol⁹ primus nautas vti docuit vt scribit Diodorus. Plinius. ab Icaro vela reperta fuisse auctor est in septimo. At in. xix. apud Tarraconem inuenta refert Carbasa: candida ea fuerūt. Candori pertinace potissimū gratia permanente ad Actium tamē Cleopatra purpureo velo venisse cum. M. Antonio & eodē fugisse memorat̃. Antea Alexander Macedo in Indo amne nauigans versicoloria primū in quodā certamine nauali Naumachiā appellant: lintea exhibuerat. Transferunt & lintea ad spectantiū vm

Nauāchia

bracula:id qđ primus oīm.Q.Catulus cāpanā imitatus luxuriam fecit cum capitoliū dedicaret:Carbasīna deinde inuexit ī theatro Lentulus spinter apolinaribus ludis:mox Cęsar ille dictator totū forū adūbrauit. Vtraq3 aūt e lino:vnde noia:fuere.

Gvttus vasis genus erat ab eo dictus q9 guttatim funderet: autor.M.Varro in libris de lingua latina:eo in balneis vsi sūt ro.veteres ad oleū:quo post lauationē corpora in Eleothesio hoc est vnctuario ita enim locus dicit/vnctor qui gręce aliptes & pedotriba/vngere censueuerat.Hinc Apuleus in floridis ampulam oleariā pro gutto posuit.Fiebat aūt vt plurimū e cornu bubalo.Nobiliores e cornu Rhinocerotis guttum habuerūt.Iuue.magno cum Rhinocerote lauari qui solet.Et Epigrā.poeta in apophoreis Gestauit modo fronte me iuuencus. Verum Rhinocerota me putabis Guttus eleothesiū Vnctuariū Aliptes q Vnctor Rhinoceros

Strigiles dicte sunt a stringendo.quod radere significat: vt scribit Marcellus. Erant eni instrumenta balnearia.i. quibus vtebantur in balneis maiores ad abradendū sudorē:vt nūc linteis e corpore:& abstergēdas sordes quas inde strigmēta appellarunt.Persius.I puer & strigiles crispini ad balnea defer.Legimus apud Strabonē libro decimoquinto de moribus indorum.Illos exercitiū pręcipue frictionem probare:& maxime strigilib9 Ebeni leuibus corpora expolire:reges quoq3 corpora strigillum perfrictione curare.Scribit Apulei9 in floridis Hippiam Sophistam multiscium & rerum experientia Dædalum sibi coucinnasse Strigileculam ita fabre factā vt in manu capulo moraretur:& ex ea sudor riuulo laberetur.Per gamenæ Strigiles vt optimæ ab antiquis celebratæ Martialis.in Apophoretis. Strigilis Strimēta Frictio Strigelecula

Pergamus has misit curuo distringere ferro

Non tam sępe teret lintea fullo tibi.

Sordes autem e corpore radendo detergentes græci Apoxyiomenos:hoc est distringentes nominarūt:vt Plinius in.34.histori ę nat.ostendit:licet & distringere se dicāt:q se poliunt extergunt q3:id qđ fere post quietē matutinis solemus oēs.Est & strigilis aluminis genus.Hispani vero strigiles vocāt auri natiui paruas massas:qđ sup oia soiū in massa auro inuento capit: cū cętera in metallis reperta igni pficiant: hoc statim aurū est: consumatāq3 materiā protinus habet:cum ita iuuenitur:vt idē auctor est Plinius. Apoxyomeni

¶Explicit Liber Primus Incipit Liber Secundus

FRANCISCI MARII GRAPALDI DE PARTIBVS AEDIVM LIBER SECVNDVS.

Superiora domus



Nferioribus ędium partibus quantum potui diligenter quæue his cōuenire visa sunt breuiter dispositis. De Basilica cœnaculo/coquina/gynæcio/cubiculo/valitudinario/sacello/bibliotheca/armamentario/granario/ postremo de turri/vltimaq; contiguatione siue manis tecto:quę oia ptib⁹ superioribus adscripsi: quia ordo id exigere videbat:q̃uis eorum plurima inferioribus quoq; ad æstatis calores potissimum euitandos pro locorum conditione/& regionũ diuersitate architecti addere consueuerint. Hęc etiã vt ad fastigium domus iu cœpta perueniat subnectere cogimur. In quis omnibus interpretandis si quid minus elegãs q̃ doctrina tua expetebat honori cuius hęc est sacrata:editio:si quid minus eruditũ q̃ hæc tempora nostra exposcũt:& res ipsa de qua agitur postulabat inueneris:id omne tribue cum ętati tum negociis et publicis et priuatis. Malui eñ subdialis prom⁹ veniã deprecari:q̃ vmbraticus cōdus venia carere. Subcisiuis horulis ætatis anno sexto et vigesimo olympiadis quingentesimæ sexagesimę sextę anno secundo:quod est dominici natalis millesimo quadringentesimo supra octuagesimum octauum hęc nunq̃ agam⁹:publicus et priuatus interpres nũc senator haud ingrata tamen:vt auguror:legentib⁹ futura contexui non mediocri quidē labore/nō parua difficultate q̃ fuere tot tãq; varia et vulgo incognita rimari excogitare:oblata locis suis ponere posita veterum scriptorum auctoritate firmare. Ad illos enim tanq̃ ad anchoram recurrere operæpretium duxi:vt et fides locupletior haberetur:et lector curiosus fontē e quo plurima posset haurire non ignoraret:quib⁹ causis veniã apud te non solũ sed apud cæteros facile me adepturum vt par est existimans ad ad superiora domus audenter ascendo animo equidem aut delectare iam doctos:aut indoctos(vt ille inquit)manifesti⁹ erudire.

Subdialis promus

Vmbraticus cōdus

Scalę contiguatio Pauimenta;procestrium.
Caput primum.



SCalę igitur a ſcandẽdo nomen acceperũt ꝙ his altiora ſcãdemꝰ:Gradus quoq; e ligno/ marmore/ laterculis ſunt p quos ad ſupiora ædiũ & ædificioꝝ oĩum aſcenditur,autore Marcello Verg. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus Pli.in xxxvi.Porticuſq; aſcendũtur nonagenis gradibꝰ oẽs nam proprie ex pluribus gradibꝰ ſcalæ cõſtant.M.Var. Gradus ĩquit duplicata ſanſio.Scalæ vero quibus per gyrum aſcẽdimus a Cochleæ forma & Cochlides & cochleę dicũtur.Fiunt & ſcalæ e teretibus lignis pertigas vocant gradibus interpoſitis:& e funibus canabinis ambæ portatiles:vtũtur illis putatores videmiatores & nos domi ad plurima:his vero milites etiam in vrbium oppugnationibꝰ vt ſcãdentes muros introire poſſint:tales vt eſt apud Vegetium de re militari Capaneus excogitauit:vtũtur illis & fures & amantes ad furta:Aſclepiades medicus pruſienſis nullo vnq̃ modo infirmus ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum veluti Elpenor morte biothanata exanimatꝰ eſt. Gradus Gradus

COntignatio:quæ triuialiter ſolarium:dicitur ſiue ſtrata ſit cemento laterculiſue:ſiue non ſtrata Pli. Sexquipedalis paries non pluſq̃ vnam cõtignationem tollerat Ammianus Marcellinus:ad cõtignationem turris tertiã aſcẽderũt:Prima autẽ ſi parietis firma ſoliditas patitur per teſtudinem cõcamerãda.A tigno nomẽ mutuatur:quod in lege .xii.tabularũ notat omne genus materiæ:ex quo edificia cõſtant:Inde Tignarius non ſolum qui dolabra ligna complanat:ſed qui edificat nomen accipit:vt Caius iureconſul. atteſtatur·Porriguñt aũt Trabes ſuppoſitis mutulis a pariete in parietẽ vt fiat cõtignatio ſupponũtur mox Tigilla(quæ aſſeres) tranſuerſa:illis tabulæ: tabulis:rudus nouũ ſiue laterculi vel teſſerulæ cum calce:Antiqui mutulos e marmore parieti iterſerebãt firmiſſime quibꝰ iponebant capita trabium alligata cũ anſis/ & fibulis æneis ad trabeationem catenandam:apud nos e parietibꝰ prominentes ex robore iſculpti ponũtur & ſæpicule inaurañt Procerum etiam nomen adepti:Aſſeres ipſi e truncis arborum ſtridula dẽtataq; e ferro Serra non ſolum ad hoc opus ſed etiam ad complu ria alia mortalinm vſibus producenda ſecãtur:quemadmoũũ & Tabulæ : ad arculas :valuas.fulcra & menſas :aſſeres etiam bipenni & dolabra ex vnico trunco quadrantur ſic dicti ꝙ tra Contig natio Solarium Tignũ Tignarius Tigilla Mutuli Proceres

Coassatio- bibus parietibusq; assideant: texturam coassationē vocitamus
Tabulatio vt a tabulis tabulationem. Et tabulata: in quibus si fissurę fue-
Tabulata. rint rimæ ꝓprie dicenẜ: nam & axes tabulæ sectiles sunt Festo
Rimæ Pom. a quibus etiam assamenta & assulæ. Trabes vero duo li-
Axis gna compacta: qualia nectuntur ferreis clauis cum latitudo tri
Trabes. clinii crassitudinem necessariam in sola arbore non inuenit: fi-
untq; firmissimæ ex robore & abiete: e iuglāde facile frangun
tur sed id ꝓnūciant strepitu qđ i Antādro accidit vt refert Pli.
cū e balneis teriti sono profugerūt. Ex vlmo stilla marcescunt
vestire tra- & ęuo ꝑ cęteris corrūpūẜ: vestiūẜ & trabes aliena materia arbo
bes. rib⁹ i laminas sectis: q̄s pulcherrias p̄stat abies & vtraq; ppl'us.
Pauimētū P Auimenta quibus lacunarium nitor respondere debet
ex humo ad cameras primum Agrippā in thermis quas
romæ fecerat transtulisse legimus hæc fuere ex lapideis figli-
nisue crustis vitro tectis atq; encausto pictis: qđ opus e musea
Musacū. co: vt nunc appellāt Tessellatū dicẜ ꝙ tessellis. i. paruis quadra
Tessellatū. tis lapillis intextum sit. Pauiméta aūt sunt a pauire quod ferire
significat quia fiebant vt fiunt e lapidibus & testulis bene per-
cussis addita calce: Pli. fractis etiam testis vtēdo sic vt firmius
durent tusis addita calce quę vocant Signina: dicta hæc sunt
Signina barbarica: & testacea: latini festucas subiiciendo Gannea nūcu
Gannea. parunt sternunẜ & ceroſtrata a cornibus: scalpturata: subdialia
grecānica quę Hypethra subtegulanea grecis hypostega. Grecanica: &
Pœnica Pœnica e marmore vt volūt numidico: ꝑterea Lithostrota e p-
Lithostro uulis crustis marmoreis quasi panimēta lapidib⁹ strata: q̄quidē
ta sub Sylla cœptauere. Sternūẜ & Asarota i quib⁹ Xenodotus
Asarota primus claruit: nā asarotū strauit miro artificio puulis testulis
i varios colores tictis: & imagines pictis. Vñ Pap. i prio siluaꝝ
Tiburtinā villā vopisci describēs: varias vbi picta p artes gau-
det hum⁹ superātq; nouis Asarota figris: nomē ab a & sarosco
Saros po siue vero mutuāẜ. Scopa quoq; a grecis saros dicta: Vñ Eu
Fusoraton sarotō. Tesserulas aūt quib⁹ istrata Pauimēta varianẜ dū versi
Emblema coloria fiūt Emblemata qdā dixere veluti Sculptiōes insertas
ta cū Emballo sit iterfero: q̄ in lignis etiā fieri decēter videmus
Rudus materia vero pauimēti saxa scilicet cōtusa siue testæ fractæ &
Rudus glarea cū calce rud⁹ nouū vocaẜ: nā & dirupti pauimēti postea
quomodo rudus vetus nūcupaẜ. Plinius cōplanatę erāt veteri rudere vię
De nouo Vitruuius architectus: tūc super stratū duces rudus
Erudare hoc est saxa cōtusa duab⁹ ptib⁹ & vna calcis tēperatę cōstitues
Erudetū vñ rudetū plenum rudere locum: & erudare rudera asportare.

PRocestrium apud Pliniũ iuniorem in epistolis existimo locum esse diciq3 apertum & patulũ quo procedit in cubiculis cœnaculis & reliquis partibus superioribus ait.n.in epistola ad Gallum de villa Laurentina. Post hãc cubiculũ cũ procestrio altitudine æstiuum munimento hibernum nam procestria vt Pompeius inquit ędificia sunt ante castra:vel quib⁹ ꝓceditur in muro. Sũt tamen qui velint cũ procoetone esse legẽdum loco ante cubiculũ nomen ex gręco sibi vendicante. Nemo est qui suam etiã deformẽ ne dicã informem fœturã nõ ꝓbet. Fit aũt procestriũ æqualibus colũnarũ marmorearũ laterītiarumve interuallis patulum super quarum epistylia arc⁹ curuantur:vt speciosior sit structura. Arcus.n.in ędificiis fornicatur in hemicyclũ quẽadmodũ & cœlestis quẽ irim appellãt: & e cornu hippotoxotarũ venatorumq3 cũ tenditur spiculis dirigendis aptissimus:hũc locũ ipse existimauerim dici posse pergulam:Cauedium siue hortos & plateas prospectantem i quo ambulare consu uimus. Vnde a pergendo fortasse pergula nominata:qui cum similes sunt patentes exedræ. Vnde Vitruui⁹ libro.vii. Apertis vero inquit.i.peristyliis aut exedris aut cęteris huiusmodi locis quo sol ac luna possit radios suos immittere: Nec me pręterit pergulam proprie locum notare:in quo opera sua velut in propatulo artifices habebant:hinc legimus Apellem perfecta opera e pergula proposuisse. In priuatis aũt ędib⁹ solaria tectave septo ne quis cadat in pręceps muniũtur:id loricam loriculã Peribolumve nominare possumus. Nã lorica sepimentum est apud historicos quo vrbem cingunt obsessores. Peribolus vero accipitur a diuo Hierouymo pro septo corona: & circuitu Petronius arbiter lorica induit siue cancellus est murus cœnaculorum seu quorumlibet ędificiorum oram ab iniuria lapsus inibi incedentis defendens.

Procestriũ

Procœton

Arcus i ędificiis.

Iris

Pergula.

Exedræ.

Loricula.

Lorica.

Peribol⁹

BASILICA CAPVT .II.

Basilica.

Asilicam quę proprie publica est regiam notans: cõmodato vocabulo dicere possum⁹ locũ domi ampliorem in quo dominũ id temporis expectãt salutatores Cliẽtes patronos disputtãdo vel colloquendo seruuli dominos admissos sedẽdo deambulandove prestolantur fiũt interdum & conuiuia maiora: choreæq3 adcitare & tybiæ dulceilos concentus ducuntur. Et princeps ius dicẽs ibi quoq3 ad tribunal sedem habebit:causas cognoscet & iudicabit Ludi pręterea ibi dein a Panchratiastis

b

Pentathlis pentathlis quoq & quinquertiones dicimus: a Palestritis: Pyx
Quiquer agathis siue pugilibus qui Pictę: Petaurristis Petaminariis: mi
tiones mis funiambulis siue funepeiis quos græci schœnobatas: Ath
palestrita lethis: prestigiatoribus: & id genus cęteris exhibentur. Verum
pyxagatus ipse in ędibus locum peculiarem exercitationibus: ponēdum
pyctæ existimauerim quod Gymnasium a græcis primo delectatio-
pugil nis & exercitij gratia institutum vt referēte Cicerone in secun-
Funepeus do de oratore didici gręca dictione appellabitur: hinc Gymna
Schœno siarches priceps gymnasii: & progymnasmata pręexercitamē
bates ta. Licet postea philosophi gymnasia tenuerint & in illis dispu
Gimnasiū tauerint: quę & scholę & Diatribę vocitatę sunt. Excitabūtur
Gymnasi aūt lucta quę Palestra a laconicis Thucidide historico autore
arches nudatis corporibus & oleo delibutis inuenta. Disco quo Apol
pgymnas- loHyacinthum per iprudentiam interfecit: Haltere Saltu Cest
mata bus Fole Pila trigonali Harpasto & cęteris ludicris exercitatio
Scholæ nib⁹ quę profecto laudandę sunt: vnde Aristoteles politicoꝝ
Diatribę viii. monet Ephæbos gymnasticę disciplinę exertitatiōi tra-
Lucta dendos esse vt fiant agiliores & firmiores: dedecet adolescentē
palestra iuuenem seniorem etiā vt sepicule fit: Tesseris & alueolo tabeli
Discus lis ue pictis & alea lydoꝝ vt vult Herodotus inuento/dies pde-
Alea prio re: legant latina eruditi: vulgaria grāmatici qui vel propter vali
Humanio tudinē vel ętatem corpus exercere nō possunt. Omne tempus-
res litterę amittitur & vitę non adscribendū: quod humaniorib⁹ litteris
nec domi nec foris impedientibus: quod artibus ingenuis: qđ
honestis excitamentis non impartitur: Ociū sine virtute mors
est & viui vt inquiunt hoīs sepultura. Non possum non lauda-
Gymnoso re non pręconiis efferre Indorum Gymnosophistas: qui ne tor
phistę pore animi desuetudine ocioq ocioso corrupti viui atq viden
tes (vt ait Lucretius) vitam perderent: Cum mensa posita ex di
uersis locis & officiis ad frugales epulas cōuenirent iuuenes in
terrogabant: vt a prima luce ad illud diei rationē bene recteq
gestorum commemorarent: qui nihil habebebat offerre vnde
pranderet impransus foras ad opus aliquod extrudebat: qqui-
Consuetu dem optima cōsuetudo vtinam hac tempestate saltem a nobis
do optia reciperetur. Discerent profecto multi laxius tempore tanq̄ gra
tuito abruentes illius rationem iuxta Catonianā sententiā red
dere: cuius iacturam nauifacientes in crastinum semper diffe
runt sana consilia: cū vitę nullum maius dispendium sit q̄ dila
tio postq̄ spiritus hoī datus est precario: Ve hoī qui nullū aliud
habet argumentum: quo se probet diu vixisse præter ætatem.

COENACVLVM. CAPVT.III.



OENACVLVM locus appellatur vbi cœnamus vt autor est Martialis. Varro in libris de lingua latina:& proprie in supiore ædium parte: Cœnatio vero vt Dietę in ima. Nā & superioris domus vniuersa cœnacula dicta. Vnde cœnacula inquit Pōpeius ad quę scalis ascenditur. Et Suetonius cœnaculum meritorium dixit mercede cōductum: cum superiora inquilinis locarentur. Iuuenalis de pauperibus: nā quæ meritoria somnum admittunt. Itē. rarus venit in cœnacula miles. Tricliniū quoq; quod Cicero cōclaue: idem locus dicebatur: in quo trib⁹ toris mēsisve stratis cōedebāt pcipue cōuiuio accepti. Apule. i. x. Iā deniq; cœnati e triclinio domini decesseramus. Huius quanta latitudo fuerit bis tāta longitudo esse debet symetrica ratione. vt Vitruuius in. vi. testat: inde Architriclinus qui cōuiuio prę est nomen accepit. inde mappæ. inde lecti triclinares. Plau. in bacchidibus a duobus lectis bicliniū formauit: ait. n. Aduorti te Mnesiloche & tu Pistoclere iam facite in biclinio cū amica sua vterq; accubitū eatis: ita negotium est: atq; ibidem vbi su t lecti strati potetis cito. κλινη nanq; græce lectus dicitur latīe Hinc Hexaclinos torus discubitorius qui sex capiebat. Martialis. Et testudineum mensus quater hexaclinon. Habuerunt antiqui & quę ab herbis stibadia appellauere: ex marmore postea veluti apud Pliniū in epistolis. Martialis eo disticho cui lēma est Stibadiū inqt. Accipe lunatū scripta testudine sigma. octo capit: veniat quisquis amicus adest.

Cœnacu-lum
Cœnatio. dietæ
Triclíniū.
Conclaue
Architri clinus
Biclinium
Hexaclios
Stibadia

Enestra qna lucē accipere loca cōsueuerūt Ouid. Qua lumen thalamis parua fenestra dabat. A Nonio Trāsena dicitur: quæ & extentū funem notat apud Plautum & Salusti. Cicero in Oratore quasi per trāsenā prætereūtes stricti aspeximus: āmian⁹ tāq̄ e trāsena sil' emisis: Debet aūt & cubiculis & bibliothecis: vt scribit Vitruuius in primo fieri orientē versus fenestræ quas etiā Auicēnas cōmendat: quoniam sol matutinus intrans aerem purificat: Verum cum pro cōditione tēporum loca sint in ædibus disponenda ita vt cubicula vt triclinia habeamus & æstiua & hiberna: ne ciconiæ ne grues hominib⁹ prudentiores videātur: Fenestræ cōmendabuntur p ęstates septentrionem spectantes: hyemales vero aerem meridionalem introducentes. Nos attamē orietales: si fieri potest: quibuscūq;

Fenestra
Transena.

fere locis impendio laudamus: Necessaria omnibus sũt specu=
specularia laria vt sine aeris nocumento cũ volumus lux admittatur. cum
transluceãt vtpote olim facta e speculari lapide trãslucido: nũc
Tessellæ. aũt e vitreis orbibus vel tessellis plũbo iunctis: hinc Seneca ad
Luciliũ li. xiiii. quędã nostra demum prodiisse memoria scim⁹
vt speculariorũ vsum perlucente testa clarum trãsmittentiũ lu=
men: sed chartacheę etiã scedulæ & lintea cęra alba & caprino
sepo inuncta non improbant. Vlpianus iureconsultus Specu=
Claustra. laria inquit & vela quę frigoris causa vel imbriũ in domo sunt
instrumẽto domus non contineri Cassius existimauit. Verum
addere prius oportet claustra e tabulis quę super cardines velu
ti de foribus dictum est deuolãutur: ea tameu arte cõpacta vt p
rimas tabularum aer nocturnus intrare & dormientibus obeẽ
Subscu= non possit: hinc Subscudes primis tabulis æque immittuntur
Cancelli nanq; appellantur ligna modicis interuallis inter se in
trãsuersum annexa: quibus muniũntur fenestræ. Diuus Hiero
Cancelli. ny. Solomonis Prouerbiorũ. vii. De fenestra domus meæ per
cancellos prospexi iuuenẽ & video paruulos. Et cãcellis distin=
cta est cutis elephantorũ: Inde cancellata dicta a Plinio in. viii.
sic scribente: sed cãcellata cutis & inuitans id genus animaliũ
odore: ergo cũ extenti recepere examina arctatis in rugas repẽ
te cancellis compręhensas enecãt. Antiqui etiã cancros dixe=
cancellare runt. Vnde per hypocorisma cãcelli: a quibus cancellare verbũ
deductum ex inductione Linearũ trãsuersarũ: & ab eo cancel=
larii qui scribæ grãmaticiq; vocantur: Et clatri quoq; quib⁹ ali
clatri. quid munitur aut sepitur nũcupati: His vtimur ad fenestras In
clatrata fe de Clatrata fenestra apud Plautum in milite cum inquit: mirũ
nestra. est facinus quomõ hęc hic transire potuerit: nã certo neq; sola=
rium apud nos: neq; hortus vllus: neq; fenestra vlla nisi clatra=
clatri. ta. Clatri apud Mar. Catonẽ in re rustica ligna sunt cauearum
quibus hæ muniuntur.

Laqueariũ Aqueariũ siue lacunar a lacu trabe in ædificiis pla=
na triclinii cubiculiq; partẽ superiorẽ significat: sed
lacua lacus etiã dicitur lacunar: Suetonius in Nerone lacunaria quæ
lacunar. noctu super dormientẽ laxata machina decederent parauit: &
laquearia Vergili. Sũmiq; ferit laquearia tecti Primus Pãphilus Brietis
picta prio. filius: Apęllis præceptor Lacunaria pingere instituit: nec came
ras ante eum taliter adornare mos fuit: vt scribit Plinius qui lu
xum Romanoum notans sic etiã in. xxxiii. inquit: Laquearia
nũc & in priuatis domib⁹ auro tegũtur: post Carthaginẽ euer

sam primo in aurata sunt in capitolio cēsura. L. Mummii: inde trāsiere in cameras in parietes quoq; qui & ipsi tāq̄ vasa inaurantur. Propertius i tertio elegiarum: nec camera auratas inter eburna trabes. Papinius in prio siluarum: Robora dalmatico lucent satiata metallo. Salaucis quoq; regis colchoꝝ aureæ camerae argenteæ trabes & columnæ atq; parastatæ fuisse narrantur victo Sosostra ęgypti rege ditissimo: sed imprimis versatilia admirationi fuere cum aliam ex alia faciem ostentarent.

Polymyxos lucerna dicitur q̄ multos habet angulos & in his funiculos illustrādis cōuiuiis accōmodata vñ. Mart. i apophoretis. Illustrē cū tota meis cōuiuia flāmis: Totq; gerā myxos vna lucerna vocor. Lucerna aūt grȩce Lychnus. Verg. Pēdēt Lychni laquearib⁹ aureis: & Lucr. Lumia pēdētes: lychni Lacunarib⁹ .n. eos appendebāt veteres veluti nos cādelabra Orichalcea q̄ recte appellabimus Pēsilia: vt lychnū pensilē illi dixere: primi ęgyptii lucernȩ vsū mōstrauere vt est apd Eusebiū .x. preparaōis euāgelicȩ: A lychno Ellychniū est q̄ lucernȩ adhibet & flāmā nutrit funiculus Pli. i. xxxv. de Sulphuris gn̄ib⁹. Quartū cauton īq: ad Ellychnia maxie cōficiēda: q̄uis oēs fere codices habeāt Lychnia qd etiā placet cū lychnia grȩce sint cādelabra: aliqñ & eadē quȩ ellychnia sed meam magis amo lecturā: Demostenis orōes ad lucernā lucubratas dixerūt Ellychniō redolere: sed & thriallida & Phlomō vocāt: A Lychno quoq; Lychnobios ad lucernas viuentes qui noctib⁹ vice dierum vtuntur nominarūt Seneca epistolarum vltimo. Nihil consumebat nisi noctem. Itaq; credo dicentibus illum quibus dam auarum & sordidū vos inquit & lychnobiū dicetis: lychnuchi aūt lychnos amplectuntur: & sane ita nominatur apud græcos quicquid lucernas sustinet: vt inter astra ophiucus id est vt Columella vertit anguifer: & Daduchus tedifer: Sceptruchi reges homero Sceptriferi: at cliduchus clauiger: Vtilissimi vero lucernarum funiculis habentur flosculi: quidam i pilulis roboreis nascētes. Vnde Pli. i. xvi. de fructib⁹ quos robur ꝓducit. Nascunt in eo inqt pilulȩ nucib⁹ nō absimiles intus habētes flosculos molles lucernarum luminibus aptos: nam & sine oleo fragrant: sicut galla nigra. Quo loco a veritatate historiæ recedentes quidā flosculos lectitāt: Ipsi autem lucernarnm cā delarumq; funiculi cum nimium exussi flāmam lucidam non emittunt: emunguntur quodam instrumento quod ab emungendo emunctorium appellabitur: qua dictione in alio tamen

Laqu... au...
Versatilia
Laquearia
Polymixos
Lychnus
Pēsilia cādelabra
Pēsilis lychnus
Cauton
Ellychniū
Lychnia
Trhiallida
Phlomon
Lycnobi⁹
Lycnuchi
Daduch⁹
Emūctorium

Emungo significatu vtũtur medici. Emũgere quidem proprie est nares pituita muco & sordib⁹ supfluis purgare. Vnde est i ꝓuerbiis: Solomoicis tritũ illud adagiõ: q vehemẽter emungit elicit sãguinem: & quemadmodũ qui nares habet emunctas acri⁹ olfacit & clari⁹ loquiť: ita candelæ emunctæ sup fluitate funiculi in fũgos iam cõsumpti limpidi⁹ splendidiusq; lumẽ emittũt Plau. lychniũ emũge parumper vt videat auus vbi pedes põat

Delphica Abacus Cortina Abac⁹ mẽsa diciť structoria quam poculis ornare cõsueuim⁹: vt etiã e marmore Delphicã: quæ cortinam tẽpli antiquit⁹ notabat. Auso ni⁹: fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem atq; abacũ samio sæpe onerasse luto. M. Cicero in tusculanis questionib⁹ abacos inquit cõplures ornauit auro argẽtoq; cælato. Est & abac⁹ res de pigendis desígnãdisq; aptissima formis: vt scribit Martianus capella i geometria: Persi⁹: Nec qui abaci numeros. Et Apuleius in apologea magiæ prima abaco & puluisculo te dedisses: & abac⁹ colum narũ cubile vt Victruuius hoc est planicies structa ad sessũ habilis.

Abaculo Abacnlos vero dicem⁹ Calculos ad numeroꝝ dispunctiones supputationesq;: a quib⁹ vt video supputãdi peritiã quam Plato: Logistici vocat Abacũ neoterici nominarunt.

Peluuinm Maluuiũ Peluis Trulleum Manalis Vrciolus Tebcs Polubrũ Maluuiũ quo man⁹ lauantur: vt scribit Ponpeius: quemadmodũ peluuiũ vas: quo pedes sũt loti & peluis. hic de Seruatore legimus Misit aquam in peluim & cæpit lauare pedes Nonius hanc vas aquarium existimauit in quo varia perluuntur vnde nomen. Idem maluuium truleum appellat: cuius vt ceolum aquę manalẽ inquit nũcupamus: ꝙ eo aqua manãs in truleũ effundatur. At Serui⁹ lebetem vasculũ in terpretatus est: in quo aqua cadit cum manus lauantur: Sed lebetes quoq; leginus coquinarios ab aliis Pollubrum etiam nominať.

Gutturnium aqminatium Epistomion Gutturnium aquiminarium idest vasculum quo aqua guttatim in manus mittitur per colli angustias a gutris nomẽ accepit: autore Ponpeio apud nos gutturneiis promineus: quoddam angustę lingulæ inest in fronte: quod aquam emittens Epistomion appellare poterimus: licet proprie epistomiũ dicatur in fontibus manu fabrefactis: Inqbus sunt linguæ plures aquam: vt supra diximus transmittentes. Mar. Varro in tertio rei rusticœ: in primis radiis esse epistomiis versis ad vnũ quemq; factum sic vt fluat in conuiuam. Et Seneca in decima tertia. ad Lucilium: Nisi aquam argentea epistomia fuderint: & ad huc plebeias fistulas loquor: Deprauati codices habent

epitoma:quod eradi debet & substituendũ epistomia id quod ab eruditissimo Philippo Beroaldo præceptore meo haud pœnitendo audiui:cuius pẽsiculato iudicio scriptisq; minime triuialibus fidem eam habeo indubitatam:quæ olim Delphici Apollinis oraculo habebatur:cuiq; acceptum quicquid in me est referẽs Thaletis quam Mandraitum is poposcit mercedem vbiq; dependo. Philippus Beroaldus

CAndelabra sunt quibus candelæ dũ ardẽt cõtinentur: a quibus nomẽ mutuanẽ:ut refert Macrobius ex.M.Varronis rerum diuinarũ autoritate.Pli.M.Varro:& Martialis de candelabro pmisso lemmate sic scribens.Noĩa candelæ nobis antiqua dederunt.Non norat parcos vncta lucerna patres. Ex argento auro etiã his vtunẽ nostra tẽpestate pricipes & antistites:cæteri ex orichalco:paupetiores e ligno:vt olim ex rei familiaris angustia.Hinc exiit distichon.Esse vides lignũ seruas nisi lumina fiet.De candelabro magna lucerna tibi.Candelę ĩpe & ex cęra fiunt:quę in primis ad rem diuinã flaminibus:potẽtioribusq; in ędibus seruiunt:& ex sepo vulgares quæ sepatiæ dici possunr.Vnde Apuleius.Tota dom⁹ cõpletur tedis lucernis:cæreis:sepatiis:& cæteris nocturni luminis instrumentis: vbi sepatium a sepo deduxit/quod etiã seum/dicitur anialium vtrinq; dentatorum & cornigerorum.Candelę quoq; laminis corneis ita compositis:vt ventus flammã extinguere nõ possit includũtur/laternas appellant.Martialis.Dux laterna vię clausus fetor aurea flammis.Plinius in.xvi.Vrorũ inquit cornibus barbari septemtrionales potãt:& mox:apud nos in laminas secta translucent/atq; etiam lumen inclusum latius fundunt Et Plautus in Amphitrione.Quo ambulas tu qui Vulcanũ in cornu cõclusum geris?Pauperiores inter nos loco cornu:& vesica & papyro vtuntur.Cæreus aũt a cæra dictus est:vt nomen indicat:de quo epigrammatarius poeta in apophoretis. Hic tibi nocturnos pstabit cęreus ignes Subducta ẽ puero nãq; lucerna meo.Quo loco puerũ p seruo accipit Aduersitorie:ita.n.dicit seruulus qui it ad dominum foris cœnantem vt illum domum reducat & comitetur :autor Donatus Apuleius in decio At intus cęrei pclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant.Cæreos saturnalibus muneri dabãt humiliores & tenuioris cẽsus hoĩes locupletioribus: quod autore Pompeio cęreis ditiores/pauperes candelis vterentur.Hos antiqui funalia a funibus dixere.Silius Italicus punicoꝶ sexto:cui noctur-

Cãdellabrum — Candelæ — Sepatię. — Seum — Cæreus — Aduesitor — Funalia

nus honos funalia clara:faceretq; post epulas tibicē adest vbi loquit̄ de.Cn.Duilio:Cui (pœnis bello nauali ad milam victis & quiquaginta nauib⁹ captis)cōcessū est a senatu:vt reuertēti a cœna tibicē caneret & funale pferretur:a funalib⁹ funera dicta:nam mortuos sepelientes funebri pōpatico honori illa maiores adhibuere. Funerum autē & sepulchrorū vsum pluto q Agesilaus :summan⁹: Dis. Orcus. Vedius:& Styge⁹ Iupiter dicit̄ introduxit:vt est apud Dio.Hinc vita functis domiari existimatus.Funebris pōpæ lex est vt fun⁹ precedat :nos sequamur tanq̃ post defunctū morituri:Cæteꝶ Funeras ātiqui dicebāt ad quas fun⁹ & dolor ptinebat:vt sororē/matrē/vxorē:Nā Præficæ sunt plāct⁹ pricipes/nō doloris:vtpote ad lamētādū cōductæ.

Funera
Plutonis
nomina
Præficæ
Calix

CAlix vitreus vasculū e vitro quo bibimus ideo nuncupat̄ q̄ eo calidā bibebāt ātiq:vt refert.M.Varro i libris linguæ latinæ:nā & calidā & frigidā cōuiuiis veteres adhibuerūt .Iuuen.Calidæ gelidæq;minister.Vetreus autē a vitro quo cōstat:id trāslucidū est:plura habēs genera vascula ex eo apud nos vitrearii pducūt ad vsus i primis mēsaꝶ :& quibus papyro viminibusue intectis viatores vtūtur ad vina portanda:vnde viatoria nominant̄:sed nōnunq̃ & lignea fictiliaq; ad hūc vsum habentur :Plinius vasa viatoria e taxo vinis in gallia facta mortifera fuisse cōpertum est:vitreariis officinis/nūc Venetiæ:vt olim Sydon nobilitātur.Calix itē vas ad obsonia .Ouidius in fastis:Stant calices minor ide fabas olus alter habebat:&. M.Varro:Calix iquit e caldo q̄ in eo puls calida apponebatur Fuerunt & calices gemmati a gemmis: maiores nanq; calicib⁹ gemmas inserebāt:& præcipue smaragdos: vñ Pli. xxxiii. Nec hoc fuit satis turba gēmaꝶ potam⁹ & smaragdis teximus calices:ac temulentię causa tenere indiā iuuat. Silius Iā simul argento fulgentia pocula mixta quis gēma quęsitus honos:q̃ res vsq; adeo creuit:vt multi gemmas digitis detractas poculis adderent.Iuuenalis.Nam vitro vt multi gemmas ad pocula trāsfert a digitis.Et Martialis.Gemmarū scythicis vt luceat ignibus aurum Aspice quot digitos exuat iste calix.At calices fictiles culullos appellamus.

Vitrū
Vitrearii
Cēmati
Calices
Cululli
Cristallus

CRistallina vasa & pocula dicunt̄ ex cristallo:qui lapis est ex aqua purissima sub terra cōgelatus:autores Diod.A. Gellius ex Aristotelis libris & seneca naturaliū q̃stionū tertio. Nāq; glaciē esse certū est:vnde & nomē græci dederunt. Papinius in siluis.Rataq; longeuis niuib⁹ cristalla gelari.Et ecc̃ia.

xliii.dr Aquilo flauit & gelauit cristallus ab aqua:qd cristallina essent in præcio apud veteres Plinius ondit:qui in. xxxvii. refert matrēfamilias nec diuitē Trullam cristallinā sestertiis cētū quinqnaginta milibus pręstinasse.& Neronē in suprema ira calices duos cristallinos fregisse nūcio rerū amissarum accepto. Suet. Scyphos quidem noiat:sed cristallinos fuisse nō scribit: quos a celatura carminis homerici Homericos Cæsar ipse appellabat:nā pocula quoq3 & escaria ad vsus mensæ insculptionibus exasperant:hinc toreumata:hinc Anaglypha:& Triglypha cum emblematis venustantibus. Epigrāmat. poeta Artis phidiacæ Toreuma clarū. Item Et mensis anaglypha de pateris. Salustius Cum tabulas toreumata signa emunt:noua diruunt alia ædificāt. Latini nūc cælata:at veteres Ancesa vocauere ꝙ circuncedendo fierēt:autore Pompeio. primus Phidias cælandi insculpendiq3 artem:quę est Toreutice: demōstrauit. In Corynthiis inquit Plinius æs placet auro argentoq3 mixtū in cęlatis ars & ingenia.

Scyphi homerici
Toreumata Anaglypha.
Triglypha
Cælata
Ancesa.

MVrrhina pocula ex murrha humore quodā sub terra calore concreto murrhinaii producūt Pli.in.xxxiii. Murrhina & cristallina ex eadē terra effodimus quibus preciū faceret ipsa fragilitas:oriens mittit. nitor est his & varietas colorū circumagētibus se maculis in purpurā candorēq3:est & in odore aliqua cōmendatio. Mar. in Apopho. de murrhinis præmissolēmate. Si calidū potas ardenti murrha falerno Conuenit: & melior fit sapor inde mero. Ea in vrbē primū inuexit mitrhidatica victoria Pompeius:quorum mox precium adeo in dies creuit vt poculū murrhinū ad sextarios tres capax. lxxx. sestertiis emptum fuerit. Et. T. Petronius vir consularis moritur⁹ inuidia Neronis principis murrhinam trullam trecentis sestertiis emptam fregerit vt mēsam eius exheredaret. Horum meminit & iureconsultus. Diuus Augustus capta Alexandria nihil sibi pręter calicem murrhinum retinuit.

Murrhina
Murrha

POculū & ipa potio & vasculū potoriū nūcupar. Cic. caret epulis extructisq3 mensis & frequētib⁹ poculis:caret ergo vinolētia cruditate & insōniis. Verg. Pocula si qñ sæue in fecere nouercę. Lucreti⁹ & sedare sitim prius est q̄ pocula natū Silius Italicus. At celtę vacui capitis circūdare gaudent. Ossa nefas auro & mēsis ea pocula seruāt. Dicūt aūt pocula a potatiōe:vt scribit. M. Var. quoꝝ qdē varia sūt noia: sicut diuersæ formę:vt scyph⁹:quo vs⁹ ē Hercu. Calix q̄ a gręcis cylix: ciathus:nimb⁹ q ēt ipsa effusio. Cymbiū:carchesium:amula:bi-

Poculum.
Sciphus
Calix

Luter mixtariũ Phiala Hyalos Hyalina Hialurgos Ansæ Arę Epitrapezia Trapeza Trapezitæ Cãpsores Colybistæ Numulari

cos bicarium ue obba trulla:cratera:aliphanũ:patera:luter quo vinum aqua miscetur: vnde mixtariũ capides: cupa: & phiala ex vitro nimis frigide:vt volũt:quod gręce hyalos dicit:a quo hyalina vitrea & hyalurgos vitrearius: nã aureas & argenteas phialas legimus:hoꝝ nõnulla: vt cãtharus ansas habẽt quib⁹ apprehendũtur. Varro diuinaꝝ libro.v. aras tradit ansas prio dictas quod erat necessariũ sacrificãtes illas tenere:hinc peritissimus Maro ęneid.vi.inqt.Talib⁹ orabat dictis arasq; tenebat Plautus i Persa Ansatũ dixit hoiem q gloriose ãbulat brachiis instar ansaꝝ extãtibus & subnixis. Cõpluria etiã nasum in sũmo.Iuuenalis:siccabis calicẽ nasoꝝ quattuor: est eni nasus in poculis & vasis cęteris quo fluit & egeritur humor.Omnia aũt mensis apta q̃ sunt vascula & potoria & escaria epitrapezia vocantur:vñ Papinius in siluis: Vindicis poculũ epitrapezion celebrat:de quo meminit & Mar.dictio est gręca ab epi prepõne & trapeza mẽsa deducta:inde trapezitas mensarios campsores argentarios colybistas & numularios vocitarnut quod mensis vtant.Suetonius in Galba: numulario nõ ex fide versanti pecunias manus ãputauit:mẽseq; ei⁹ affixit:& Ioãnis secũdo de Saluatore dictũ ẽ. Numularioꝝ ęs effudit & mẽsas subuertit.

Apyrotõ Pterotí Refrigeratorium

Apyroton græci vocant vas frigidarium vnde Plinio in xxxvi.calices Apyroti etiã si legitur quãdoq; Pterotos: nam calida & frigida in cœnis vsos scimus veteres:hic ipẽ credideri Apyrotũ nos posse Refrigeratoriũ appellare:vas illd patens in quo vitreo Porcellanico argenteoue: & pauperr ibus figlino frigida pleno per ęstates poculis immissis vina & decocta refrigerare solemus: veluti olim apd Romanos niue mẽsibus etiã æstiuis (vt iam dictum est) seruata refrigerabantur.

Vrceolus Caprũculum Calpar figlinaꝝ opa

Vrceoli fictiles vt Caprunculum & calpar nunc ad vina dicuntur e terra facti:quibus etiã potentiores olim vsos credimus:nanq; figlinaꝝ opera apud antiquos in pretio fuere vt autor est Plinius in xxxv.sic scribens:Figlinarum opera imbricibus tubulis teguliſq; ad balneas mammatis: vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisq;: aut quæ rota fiunt etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis & ad aquas propter quæ Numa rex septimum collegium figulorum istituit:& mox:maior quoq; pars hominum terrenis vtitur vasis: Samia etiam num in esculentis laudantur: retinet hanc nobilitatem & Aretium

Samia Aretium

In Italia:& calicum cantum ferrentum. Ausonius: Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem. Martialis. Aretina

nimis ne ſpernas vaſa monemus: Lautus erat thuſcis Porſena fictilibus. Vrceolos autē porcula & id genus multa ſupellectile ex argilla: ita eni terra appellatur primo Chorebum figulum athenienſem legimus formaſſe. Plaſticen vero quæ imagines ex argilla effingit oim primos in ſamo Ideochū Rhectum & theodorum: vt alii Dibutadem Sicionium filiæ opera excogitaſſe. Lactantius ſcribit Prometheum primo ſimulacrū hominis de terra effigiaſſe: hinc locus fabulæ datus ipm igne cœleſti hominem e limo factum animaſſe: licet Higiuius ad mirandi ingenii excellentiam. Euſebius vero referat ad humanitatem & ſcientiam ad quas a feritate & nimia imperitia mortales traduxit & quodāmodo reformauit. Qui vero vrceolis & lagœnis vina e cella vinaria fert ad Triclinium is eleganti vocabulo dicetur Oenophorus: niſi mauis eum Viniferum nominare: Veluti Dorophorus dona ferens: Melophorus poma: & id genus innumera.

Figlina primo Plaſtice

Oenophorus. Vinifer Dorophorus. Melophorus.

MEnſas lectos/triclinares/diſcubitorios/appellamus qbus poſitis cibos capimus. Oui. Nunc dape nunc poſito mēſæ nituere lyeo. Apuleius de aſino aureo menſas dapib⁹ largiter inſtructas accumbunt. Si mane diſcumbimus Ientaculum id eſt prandiculū is primus cibus vocatur: veteres ſilatum: acratiſmon græci dixere. ſi tum poſtea prandiū: ſi meridie merēda vt ſcribit Nonius quæ antecœniū: ſi veſpere cœna: vnde ab antiquis: autore Pompeio: veſperna eſt nominata: qd vero nūc ē prandiū cœna dicebatur. Sicq; nulla fere pars diei comeſationibus erit immunis. Damnabat bis die ſaturū hoīem fieri Plato diuinus: vt credit: philoſophus: At nunc quidā: vt porci ad aqualiculum ſorbitione: non ſolū bis: ſed ter & quater crapula ſeſe ingurgitant tanq̄ ad perdenda eſculenta geniti/vnde Suetonius de Vitelli imperatoris luxuria Epulas inquit trifariā ſp interdū quadrifariam diſpartiebat in ientacula & prādia & cœnas comeſationeſq; facile oibus ſufficiēs vomitādi cōſuetudine: comeſatio ipſa cibus potuſq; dicit qui poſt cœnā ſumitur: vel poti⁹ quacunq; hora extraordinarius. Sunt.n. adeo multi gulæ veraciſſime & inexplebilis Barathri vt ad comedendum natos ſe tantū exiſtimēt. hinc Philoxenū Eryxidis & Gnathonem Siculū gulę pceres imo vero pditos Gulones ac extrēs cupediuoras infamant litterę: q̄ cōuiuiis adhibiti emūgere ſe in pultariis ſoliti ēēnt: vt abſtinentibus cæteris ſoli epulis ampliter fruerent: nulla conuictorū habita rōne: hic eſt ille Philo-

Menſas. Ientaculū Prādiculū Silatum acratiſmō Prandiū merenda Antecœnium Cœna Veſperna

comeſatio

xenus qui Gruis collum a diis immorealibus sibi dari optabat cum diceret non eādē ciborū esse rationē. Sed partim linguā partim gulā sua mouere suauitate. Socrates vero sanctissime dicebat: multos hoies propterea velleviuere vt ederent & biberent: sese bibere atq; esse vt viueret. & Aulus Gellius quis inqt habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis duabus comedendi atq; coeundi quæ sunt homini cū sue & asino cōmunes gaudeat? A cœna autē inter cætera fit domicœnium quo vsus est Martialis: Et cœnatoria quę recidipna & triclinaria vestimenta ad vsus cœnæ: hinc exiit distichon: Nec fora sunt nobis nec sunt vadimonia nota: his opus est pictis accubuisse toris. Plautus Incœnem sine cœna dixit. Est & cœnipeta qui libenter petens alienas cœnas Parasiti sępicule personā induit: dum diuiti assentatur: dum blanditur & interim non tolerāda suffert cibi & ventris gratia. hinc legimus Heliogabalum imperatorem Parasitos ad rotā aquariam ligatos cumvertigīde sub aquis misisse & rursus ad summū reuoluisse: ita vt eos Ixionios amicos vocaret. Mensam ipam quam Cato amicorū parentem ac procreaticem putauit vacuam tolli non sinebant Romani vereentes: sed oino cum aliquid superesēt iterpręrantes semper de eo quod nunc adest aliquid in futurum reliqui oportere ac per hodiernū crastini meminisse: vt scribit Plutarchus in problematibus At in proteruia sacrificio mos fuerat epularum reliquias & fragmenta in ignem mittere: vt consumerenť: hinc innotuit scoma siue dicterium illud Catonis. Nā cum Albidius bonis suis abliguritis nouissime domum quę supefuerat incendio perdidisset proteruiam hoiem fecisse dicebat: quod .n. comesse non potuerat id combussisse. In maximo autem prætio habitæ sunt apd antiquos mēsę citreę: quas vt Plinii verbis ex xiii. loquar: Fœminæ viris contra magaritas regerunt. Extant hodie Marci Cicerōis in illa paupertate: & quod magis mirū ē illo ęuo emptæ libris vndecim. Cū his memoranť: & Galli Asinii: quę libris vndecim venūdatæ sunt: & duæ a Iuba Rege vēditæ: quarū alteri pretiū fuit libris quindecim: alteri paulo minus: honos pręcipuus in vena/crispis/oblongo discursu vel in torto: illæ Tigrinæ: hę Pantherinæ appellanť. Fiebant aūt eo artificio vt dimidiatis orbibus non tantum rima sed nec commissura vsq̄ appeteret: veluti abiegnæ a nr̄is fiunt materiariis nō sine glutino ꝓposito ex caseo Sapro .i. marcido sed recente & calce viua faberrime. Vtebanť & acernis ex acere arbore factis vndę nomen: Apud nos candore probātur Eboreæ: Eburatæ=

Marginal notes: Domicœnium. | cœnatoria | recidipna. | Incœnis | Cœnipeta | Parasitus. | Ixionii amici. | proteruia. | Scoma qd Dicteriū | Citreæ mensę | Tigrinę | Panterinę | Abiegnæ | Acernæ mensæ.

q̄ eboræ itectę: & cupressinæ propter odorem: fiūt & ex Abiete vt dictū est & iuglande: quarum pulchriores habent quæ: centra & spiras nō habuerit: hæ conuolutas venas ostendūt: illa duritiē clauo similem ferris inimicā: Sed illarum pulcherrimæ lignorū bracteis siue potius presegminibus & tessellis diuersi coloribus glutino compactis vermicnlarim frabrefactæ: quas segmentatas quidam nominant: Vt sint segmentata a segmento opera e ligno tessellarim depicta. Segmentum enim dici potest quoddam quasi ramētum & sectio: Plini. de marmoribus in .xxxvi. Crassior harena laxioribus segmentis terit & plus erodit marmoris: Inde vestes segmētatæ segmētis hoc est punctulis & bracteolis aureis siue argenteis minutim depictæ: Plautus quam pulchre segmētatam vestem: segmentum rectius dicitur monile q̄ sit veluti quidam circulus: vel vt alii q̄ quibusdam bracteolis quosi presegminib⁹ cōstet & diuidatur: nam segmentum a seco nascitur c in g mutato veluti a fingo figmētū a stringo strigmētum vt sit quasi secamentum Vnde partes mūdi in quas vniuersa terra digeritur & nostri circulos græci Paralellos dixere segmēta eleganter Pli. appellauit cū inquit Quinto continetur segmēto ab introitu caspii maris Bractria: hiberia: Armenia. Sunt & qui id opus e ligno Testudineū vocitēt qm̄ dum materiarii Abietarii ve voluere veteres imitari q testudiū vt dixim⁹ laminis mēsas & lectos vestibant hoc opus excogitauere. Bracteæ aūt subtiliores sūt: Laminæ crassiores: iter Bracteas habētur quæ vocāt Auri argētiq; folia ad inaurandum & inargentandum idonea. Vnde Bractearii q inauratores: etiam si inauratores ęs & argentum non sine argēto (Viuum quod appellant) inaurēt.

Eboreæ
Eburatę
Cupssinæ
Centra
Segmētatæ mensæ
Segmētū.
Vestes segmentatę
Circuli.
Paralelli.
Segmētū.
Testudinē
Opus.
Bractæę.
Lamina
auri & argēti folia.

CIllibæ mensę rotundæ quadratæ etiā nuncupant autore Pompeio: nā Discus tantum mensa rotunda dicetur. M Var. Mēsam escariā Cilibā appellabāt ea erat quadrata vt nunc in castris est: a cibo Ciliba dicta. Postea rotunda facta: & quod a nobis media & a grecis mesa mensa dici potest nisi q̄ ponebāt pleraq; in cibo mensa. Vinaria vero cilibātū: sed vide ne potius cibilæ a cibo vt Escarie ab escis sint noiandæ. Primus Heliogaba. imperator Ro. Argenteas mensas in suppellectile habuit vt lampridius testatur: Supellex autē est domēsticū patris familias instrumentum vt exponit Vlpianus Iureconsultus vestibus inter cętera subtractie.

Cilibę
Discus.
Ciliba
Mensa
Cilibarū.
Supellex
Tripos

TRipodes mensę cum tribus pedibus vt no men indicat fuere/ qb⁹ apd nos hodie mēsę ipę sustētāt antiqt⁹ erant

militares. Horatius. Donarem tripodas premia fortinm Graso rum. Homerus quoq; in Odissea narrat Alcinoum inter cętera Xenia Vlyxi tripodem magnum dedisse. Mensę vero vnico tā tum pede subnixæ monopodia dicuntur: q̄ inter instrumenta luxurię a priscis collocabātur. Scribit Plinius in .xxxiiii. ex au toritate L. Pisonis Cn. Māliū Asia deuicta primū inuexisse in orbem suo triumpho monopodia abacos & triclinia ærata vr bis anno quingentesims sexagesimo septimo: & in vltimo. Victoria tamē illa inquit Pompei primū ad margaritas gēmasq; mores inclinauit: sicut L. Scipionis & Cn. Mālii ad cælatum argentum & vestes Attalicas & triclinia ærata: sicut L. Mūmii ad corinthia & tabulas pictas. Vbi Tricliniū in supellectile fuisse ostendit: a quo locus ipse de quo diximus nominatur: & tris mēsas siue thoros habebat ita cōiunctos vt transferri huc atq; illuc posset: legimus & argētea triclinia Romę fuisse. Idem Plinius. xxxiii. Cornelius nepos tradit ante Syllę victoriā duo tā tum Triclinia Romę fuisse argentea. Repositoriis quibus mē sas imponebant argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit qui obiit nouissimo Tiberii principatu Sed & testudinea tum in vsum venisse. Ante se autē paulo lignea rotunda solida nec multo maiora q̄ mensas fuisse: se quidem puero quadrata & cōpacta aut a cere operta aut cedro cœpisse: mox additum argentum in angulos lineasq; per cōmissuras Adde quod triclinia versatilia celebrata sunt: quę discūbentibus conuiuis circum agerētur. Iā dixerat Liuius originem luxurię Romanę in vrbem ab Asiatico exercitu inuectā fuisse ita vt vincēdo victa fuerit: cū imprimis maiora q̄ credi possit detrimēta conuiuiorum luxu sustinuerit: vnde plurimæ leges sumptuariæ quę & cibarię latæ sunt. Orchia prius: mox Fannia anno vrbis cōditę quingētesimo octuagesimo octauo. Didia. Licinia & Cornelia. vt Macrobius testatur.

Monopodia. Tricliniū. Repositoria. Sumptuarię. Cibarię.

Sedile. Sedētes epulabātur

SEdile a sede vbi sedemus Macrobius ait Cicero Laberio pretereunti & sedile quęrēti recepissem te nisi anguste sederem. Verg. Gramineoq; viros locat ipe sedili. Maiores enim nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerūt a Laconibus & Cretensibus vt Varro docet in libris de gēte Populi Romani: in quibus notat quid a quacūq; gēte traxerint autor Seruius enarrans illud Virgilanum in septimo Perpetuis soliti patres considere mensis. Vbi de sacris tantū epulis dictū ostēdūt superiora & ita nos accipiamus quando accumbebāt maiores

in cõuiuiis non ſedebant quẽ mõrẽ ſeruãt hodie quoqꝫ e barbaris:plurimi. Vnde Vale.Maxi.fœminæ inquit cũ viris cubantibus ſedentes cœnitabant:& Plutarchus ſcribit Catonẽ vticenſem in cœna ſediſſe:nãpoſt Pharſalicã inquit pugnã hoc quoqꝫ priori mœſticiæ addiderat vt nunq̃ iaceret niſi cũ dormiret In accubitis aũt honoratior locus:non tã ſũmus q̃ medi⁹ creditur:Hinc Maro.Horrea cõpoſuit ſponda mediamqꝫ locauit: Refert Xenophon Syrũ ſolitũ fuiſſe cõuiuas honoris gratia a latere ſiniſtro iuxta ſe ponere: vtpote fideliores charioreſqꝫ illos declarans qui in parte cordis leua diſcũberent. Nos vero a dextro latere tanq̃ honoratiore collocamus:quos digniores & maioris autoritatis cenſemus inter coepulones & ſynariſtõtes quorũ numerus a maioribus ſic diffinitus eſt vt gratiis tribus quas charites græci minor non eſſet:nec muſarum numerum excederet:non omittendum eſt hoc loco illud.A.Gel.ex .M. var.ſatyris menipeis cõuiuiũ cõſtare ex rebus quatuor & tum deniqꝫ omnibus numeris ſuis abſolutum eſſe ſi belli homũculi per vocatores collecti ſunt:ſi electus locus:ſi tempus lectum ſi apparus non neglectus:nec loquaces inquit nec mutos conuiuas legere oportet:quia eloquentia in foro & apud ſubſellia: ſilentiũ vero nõ in cõuiuio ſed in cubiculo eſſe debet: Sermones igitur id temporis habendos cẽſet non ſuper rebus anxiis aut tortuoſis:ſed iocundos atqꝫ inuitabiles & cum quadã illecebra & voluptate vtiles ex quibus ingeniũ noſtrũ amœnius fiat & venuſtius:quod profecto eueniet ſi de id genus rebus ad cõmunem vitæ vſum pertinẽtibus cõfabulemur:de quibus in foro atqꝫ in negociis agẽdis loqui non eſt ocium. Adhibẽt nõnulli Anagnoſtem qui legat faciles vtileſqꝫ ex philoſophia queſtiones:vel Erotica quędã nõ nimis laſciua:plurimi vero fidiũ modulamina:nõ ſine puello carmina vel rithmos dearticulatã Nam & Alcinoi apud Homerũ & Didonis apud Verg. Menſa habuit hęc Ioppã:illa Pheniũ cythara canẽtes. Scribit Plato i Gorgia cãtillena hanc cõuiuiis cãtari ſolitam: optimũ eſſe bene valere:ſecundo loco formoſum eſſe:tertio habere diuitias. nulla fraude ptas. Vale.vero Max.Maiores inquit natu iu cõuiuiis ad tybias ęgregia ſuperiorũ opera carmine compręhenſa canebãt quo ad ea imitanda iuuenũ virtutẽ alacriorem redderent:vbi plures ſedebãt ſubſelliũ vbi duo biſſellium dicem⁹ ſicut Binominem a duobus noibus bigamũ a duabus vxorib⁹ Bigas a duob⁹ equis vt trigas a trib⁹ & biferã arborẽ q̃ fert bis

Numerus cõuiuarũ.

Cõuiuiũ conſtat ex iiii. vocatores.

Nec muti nec loquaces. Sermones cõuiuales.

Anagnoſtes.

Cãtillena. in cõuiuio

Subſelliũ. binominis Bigamus. Bigę.

fructum annuatim:subsellia quoq; minorũ sunt magistratuũ
Bissellium veluti Tribunorũ quæstorũ & triumuirorum qui non in sellis.
Trigæ. curulibus nec in tribunalibus considebat:vt scribit Asconius
Subselliũ. Pedianus:& subsellia sedes theatrales appellanť:Sella itẽ qua
Bifera sedemus quasi seda a sedendo:vnde Laberii scõma in Cicero=
Arbor. nem recitans Symachus apud Macrobiũ Mirũ inquit si angu
Tribũalia ste sedes qui soles duabus sellis sedere quasi nec Cæsari nec Po
sella peio fidus:vt refert Seneca eadẽ greco vocabulo thronus dici
duabus sel tur Prouerbiorũ Solomonis.xx.Mia & veritas custodiunt re=
lis sedere. gem:& roboratur clementia thronus eius:cathedra quoq; ad
Thronus. sedendum ponitur:& scamnũ a scamno vt volũt terra ellata in
Cathedra. ter duos sulcos pro sedili accipitur Mar.Sedere in equitũ liceat
Scãnum. an tibi scamnis.Oui.vi.Fastorũ.Ante focos olim scamnis cõsi
Scanna dere longis Mos erat.M.Varro aliter scãnũ interpretatus ẽ:vt
Hemicy= in cubiculo dicemus:Est & hemicyclus cathedra ad sedendũ
cl9.sigma. in medii circuli formã:vnde nomen nam & Sidonius hemicy
clon dixit:Soliũ in balneis semirotũdũ sed & cœnatio dicitur
veluti Sigma:Legimus apud Strabonẽ Lusitanos sedẽtes cœ=
nitare ędificatos in pariete hemicyclos habentes.Mar.Cicero
in Lælio.Cum sæpe multa narraret tum memini domi in he=
micyclo sedentẽ vt solebat cum & ego essem vna & pauci ad=
modum familiares in eũ sermonẽ illum incidere qui tũ multis
fere erat in ore:Nã soliti fuerãt antiqui:id quod posthuma ętas
Mutitare. recepit patriis & vernaculis esculentis mutitare.i.mutua cõui=
Sodalitia uia domi agitare:q̃ sodalitia vt greci syssitia appellauere.Nãq;
Syssitia. syssitos est apd illos sodalis.Passim inter nostros agitãtur.sym
bola collatione a singulis facta vnde nomen:qui nihil cõtule=
Asymbol9 rint Asymboli dicentur:vt solent cęnipetę & hi qui accedũt in
Acleti terdũ vt in prouerbio diciť & cænãt Acleti.i.citra vocationẽ.
Mappę **M**Appæ dicũtur quæ super mẽsam sternuntur Pli.in.xix.
de lino scribens quod viuum appellant:Ardentes in fo=
cis conuiuiorũ vidimus mappas sordibus exustis splẽdescẽtes
igni magis q̃ possent aquis:Vilosę apud veteres habitę sunt in
precio:hinc Epigrãmatari9 poeta in apophoretis de mappis ni
mirum intelligens.Nobilius vilosa tegunt tibi lyntea citrum.
Manteliũ. mantelium vero q; mãtile:lintheolũ est quo manus tergere so
mantile lemus:quasi manutergiũ vt.M.Varro in lingua latina interpre
Mnaticu= tatur:frequens eñ ad manus tergendas fuit vsus mantilorũ vt
laria. scribit Festus Pompeius.Inde Mãticularia dicũtur ea quæ fre=
quenter in vsu habentur & quasi quotidie manibus tractantur

hęc latine loqui disererecꝫ volentes non suo vocabulo demō-
strare non minus dedecet: quam hominem non suo noīe appel-
lare: hinc impensius elaboraui vt in hoc litterarū dilectoribus
ac studiosis pro virili parte prodessem.

SAlinum vasculū est in quo vt nomen indicat salis elemē- Salinum
tum cōtinetur: & mensę infertur: in qua significatiōe ac-
cepit Horatius in carminibus, cum inquit. Viuitur paruo bene
cui paternum splendet in mēsa tenui Salinum. Fit vt plurimū
e plumbo albo non nunq̄ e vitro aut cristallo argento etiam ad
vsus ditiorum: pauperes ligneo vel figlino vtuntur. Vas item
apud āntiquos dicebatur quo primitias diis offerebāt vt scribit
Porphirio Horatianus iterpres. Cōsueuerūt nāqꝫ maiores no-
stri cū alimēta se dono deoꝝ habere cognoscerent ex oībus ali
quid illis offerre magis vt se gratos exhiberēt q̄ ꝗ deos aliquo
arbitrarentur indigere. Vnde cum agros quocꝫ vrbes ac oppi-
da deoꝝ munere sese possidere intuerenť: vt est apud Censori- Fana
num: partem quandam templis sacellisqꝫ vbi eos colerent dica Cultus de
uere: hinc decimę fana cultusqꝫ deorum. orum

CVltellus a cultro ꝑ diminutionē autore Seruio nomē ac- Cultellus
cepit: eo vtimur in mēsa ad panē carnes & id genus mul
ta secāda & frusta diuidēda. Iuue. Spectas & chironomōta vo
lāti cultello donec pagat dictata magistri oīa nec sane minimo
discrimine refert quo gestu lepores & quo gallina seceť: cui asti
pulať Seneca ad Luciliū: Alius p̄ciosas aues scidit & ꝑ pectus
& clunes certis ductib⁹ circūferēs eruditā manū i frusta excu-
tit: Infoelix q huic vni rei viuit vt altilia decēter secet: vbi obi- Altilia
ter notabis altilia dici q̄ ad Saginā domi nutricanť: & chirono Chiromō-
mōta structorē q lege quadā manuū eleganter diuidit aues & ta
cętera esculēta: scribit Sue. id qđ ē dānādū: Clau. Cę. ex ferro
quo duo gladiatores mutuis ictib⁹ cōcidissent sibi paulos cul
tellos in vsum sine mora fieri iussisse.

Vuadrę vt plurim ex stāno iterdū ex argēto ad vsus locu Quadrę
pletioꝝ a forma dicunť inp quas cōcisę carnes & pulmē
taria disponūť: veluti rotūda repositoria orbes dicim⁹: quę & Orbes
Disci noīe significari posse nr̄i tpis q̄dā voluerc: a Disco quo i Disci
gymnasiis exercebanť: sicuti & Abacos q̄dras notare: nā quot Abaci
capita tot sūt sētētię: p̄terea igēs ē reꝝ copia sine noīe q̄s cū ꝓ-
prius appellationib⁹ signare nō possumus alienis & cōmodatis
vtimur vt iqt Se. i. ii. de b̄n̄ficiis. Triuiales elemētarii ꝗ sup ea
carnes & cętera obsonia cultello diuidimus icisoria appellare incisoria
contendunt.

Structo res
Fuscinula

STructores dicunt qui mensas & cibatia curabant vt scribit Seruius: & qui pulmētaria cultello scindebant in frustula diuidentes. Nō sine Fiscinula vel furcilla e ferro argētoue quā manu sinistra tenere vt scinderēt elegātius receptū. Mart. Et quę non egeāt ferro structoris ofellę. Iuue. Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis pergula Tripheri doctoris. Qui vero princeps est conuiuii acchitriclinus dicit: archiposias: & symposiarches tanq̄ prīceps cōpotationis: quā Symposiū gręci vt Symporim cōpotatorē nomināt: quē coronis vti vnguento delibutis hilaritatis gratia mos olim inualuerat: q ministrāt pocula mensę ingerentes & pincernę & pocillatores: Diriuetores ue: qui & structores: eo vocabulo vsi sunt Apuleius & Amianus: propinatores quoq; si principi si diuiti pręgustauerit: nam id genus viri habent pręgustatorem oīm ciborum: cū venena timentes faciāt illū pręgustando explorare an illata sint venenata: sed nihilominus venenum sępius auro quam argilla bibitur: & plures sub Matteis latitat q̄ sub oleribus. Epulanti Claudio Cęsari venenum datū per spadonem pręgustatorem testatur Suetonius. Architriclini est aūt curare vt eduliū variorum fercula siue missus seriatim & in tempore conuiuis quos coepulones cōmensales & conuictores dicimus exhibeant: vt recte oīa splendide disposita sint: ad hoc presto aderit ministrorum ornatissimorum turba linteis succicta per quos vt inquit Seneca signo dato ad iferandam cœnam haud obstrepēter discurritur: per missus a mittendo & fercula a ferendo singulaꝝ epulaꝝ singulas condituras intellige: Apuleius de asino aureo libro quinto. Et illico vini nectarei eduliūq; variorum fercula copiosa nullo seruiente: sed tantum spiritu quodam ipulsa subministrātur: & Lampridius scribit Heliogabalū imperatorem celebrasse tale cōuiuiū: vt appamicos singulos singuli missus appararentur: & aliquando omnes missus sola phasianarū carne struxisse: Sueton. quoq; narrat Aug. Cęsarē cenā ternis ferculis aut cū abundantissime senis prebuisse sed fercula simpliciter quoq; dapes significāt: quę si fuerint lautiores cupedia: vnde cupedinarii: & cupedulę dicentur. Cyrus rex vt refert Xenophon in Pedia: amicorum charissimos honoratissimosq; quos videri volebat mittebat ad eos partes ferculorum ex mēsa: nam partes distribuere missitareq; in cænis olim mos inualuit: qui adhuc permanet inter amiciores beneuolos & amatrices: vt illa etiā cōsuetudo mutādi vasa cū ferculis. Plin. xxxiii:

Architri clinus
Archiposi as
Symposi arches
Symposiū
Sympotis
Pincernę
Pocillato res
diriuitores
Propiator
p̄gustator
Quā vere mattea
Coepulo nes
Cōuicto res
Ministri
Missus
Fercula
Cupedia
Cupedina rii
Cupedulę

Ptolomęũ varro tradit Pompeio res gerente circa Iudeã octo milia equitũ sua pecunia tolleraui ſſe: Mille cõuiuas totidẽ aureis potoriis immutantẽ vaſa cum ferculis ſaginaſſe. Sed illud munificentius quod legimus eadem vaſa apponi conuiuis ſolita fuiſſe vt ipſi ea ſecum ferrent & dono haberent quæ ideo Apophoreta dixerunt. Apophoreta

PAnis e tritico q̃ Autopyrus ſyncomiſtts & Pyri nos hippocrati apud nos ſit laudatiſſimus fermento addito: qui zymitis nuncupatur: nam abſq̃ illo azymi nomẽ adeptus iprobatur: licet plus nutriat vt refert/Theodorus/Preſcianus/Encriphia/azyma/ſubcineritia/iquit Ambroſius. E ſiligine ãtiquiores panẽ cæteris præferebãt. Seneca ad Lucilium. Malũ panẽ inquis: expecta: bonus fiet: etiã illũ tene tibi & ſiligineũ fames reddet: cuius quidem ſententiam probat exẽplũ Ptolomei qui rex oli per ęgypti deſerta non ſubſequutis comitib⁹ pane cibario in caſula oblato nihil illo pane iucundius vnq̃ ſe comediſſe affirmauit. Eſt.n.meo iudicio eſca ſuauiſſima panis ſiccus cũ famis obſonio: ſicut in ſiti aqua nectarium eſt poculum & in amoris tentigine venus mellitiſſima etiã informis ãcillula extimatur. Ipſius aũt panis proprietatẽ vt ſcribit Nonius a paſcẽdo veteres appellauere ſiue q̃ omnibus pulmẽtis in cibis adhiberi poſſit & fere adhibeaẽ: cũ nullum obſonium reddat inſipidius nã παρ græce totum. Vnde Pantheon oĩm deoꝝ tẽplũ: Pamphagus oĩa comedens. Pantomimus oĩa imitãs. Pancarpiæ coronæ ex diuerſis & pene oĩbus florum generibus compactę. Vbi habetur panarium dicimus ſicut a penore penariũ At eius fruſtulum bucceã & hypocoriſticos bucellã. Hier. Solomonis prouerbioꝝ. xvii. Melior eſt bucella ſicca cũ gaudio q̃ domus plena victimis cum iurgio. Et Aug. Cæ. ad Tiberiũ in balneo demũ poſt horã primã noctis duas buceas manducaui priuſq̃ vngi inciperem. Eſt apud nos pegrinum ſcortillũ oli elegãs nunc non ſatis inuenuſtũ quod fruſtillo panis conduci poteſt. Poſtico (vt fertur laciniosſo admittens quos valuis bipatẽtibus emittat. Panis genera a Plinio in. xviii. numeranẽ ab obſoniis oſtrearii. Artologani a deliciis a feſtinatione ſpeuſticii: a coquendi ratione furnacei & artopteſii ſiue artopicii: itẽ aquatici quoniã aqua trahuuẽ a tenui & ſpongioſa inanitate vt picentes: addimus Turrũdam de qua nos apud Nonium & Catonẽ: Subcineritios ſub cinere coctos i foco. Vnde Eocacei & inter cibarios ſiue ſecundarios aceroſum

Autopyr⁹ encryphia zymitis Azymus Siligineus eſca ſuauiſſima Nectarea potio mellitiſſima Venus Pantheon Pãphagus Pancarpię Panarium Buccea Bucella Panis gñ a Artolagani aquatici Turrunda ſubcineritii Cibarii ſecundarii Aceroſus

Nauticus
Sitanius
Rubidus
Dulciarii panes

quasi paleis mixtis autore Pompeio & pityrium furfureum Caniceum ue a canicis furfuribus farris: nã iterũ coctus nauticus dicet: paꝝ rubidus: at ex nouo frumento Sitanius in trimestri a messe factus: Sũma vero laus panis siliginis vel tritici bonitate: & cribrifarinarii excussoriiue tenuitate constat. Caligula quattu… Cęsarũ panes & obsonia ex auro conuiuis apposuit vt scribit Trãquillus. In cõuiuiis nostra tẽpestate saliaribus oli cœnis lautioribus vidimus ipi & panes: bellaria: offas iussulatas: carnes & id genus cętera inaurata. Fiunt & panes dulciarii cũ saccaro simplici: in pineis nucib⁹ solidis agminati ingestis aut amygdalis cõtusis & in formate stuacii in clybano coctis: qui Martii panes vl' Mazapanes dici possunt vt inqt Hermolaus ĩ quadã epistola ad cardinalẽ senẽsem. Nã Maza mõ panis offa: modo libũ: placẽtaue: de qua Atheneus: Martios aũt ab inuẽtore pastillos vt Martianũ vnguẽtum ĩ medicina legimus: hos initio prandii cõuiuis apponunt potẽtioꝝ structores cum crustulis sępicule mellitis: hamis: iunculis lacertulis: quę forsitan Brachiolę & id genus scitamentis vt verbis vtar Apuleianis: quoꝝ concinnatores pistores dulciarii crustulariiq; dicentur.

Crustula mellita
Mazapanes
Martii panes
Brachiolę
Crustularii

Vinum
Liber
Bacchus

Vinũ humanis corporib⁹ gratissimus liquor modice sumptum non officit stomacho: non cerebro: sed digestionẽ adiuuat: vires alit: appetentiã ciborũ inuitat: sanguinem coloremq; hominum iuuat: tristitiæ curam hebetat: vnde Bacchũ teste Seneca de vitæ tranquillitate liberum dixerunt ꝙ animũ a seruitio curarum liberet: algorem expellit: somnũq; cõciliat: Hic Asclepiades medicus vtilitatẽ vini equari vix potẽriæ deorum posse pronũciare nõ dubitauit: At copiosius haustũ caput turbat: & stomachũ lædit: vñ Plinius prorsus iquit vt iure dici possit neq; virib⁹ corporis vtilius aliud neq; aliud voluptatib⁹ pnitiosius: si modus absit: hic scatet ebrietatis libido portẽtosa pallor: genæ pendulę: oculoꝝ vlcera: tremulę manus effundẽtes plena vasa: & quę si pœna pręsens: furiales somni. & iquies nocturna: hic ex ore halitus fetidi: hic reꝝ oim obliuio morsq; memorię: Nam vapore cerebrũ debilitat: membra remollit: vñ pueris & nutricib⁹ non esse dandũ monet Aristoteles in libro de somno & vigilia: Et Auicẽ. Vinũ pueris inqt dare: e st ignẽ igni addere lignis debilibus. Seneca ad Luciliũ. Epulę crudita tes afferũt: ebrietates neruoꝝ torporẽ: tremoreq;: & libidines: pedum manuum articulorumq; omnium deprauationes Pro

Nec vtili⁹
Nec perniciosius

Vinum pueris dare

pertius elegiarum secundo: vt hęc quoq; transeunter referam: Vino forma perit: vino corrumpitur ętas: Vino sępe suum nescit amica virũ: Apostolus quinto ad Ephesios: Nolite inebriari vino ĩ quo est luxuria. Iã prius dictũ fuerat a Solomone ꝓuerbiorum.xx. luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas: & in decretis pontificalibus.xxxv. distinctione. luxurię fomẽtũ & incentiuũ esse vinum legimus: inde non est quod miremur si Romę & in latio fœminis vinum bibere longo tpe non licuit. Inuenimus in historiis Egnati Metelli vxorem quod vinũ bibisset e dolio: interfectam fuste a marito: eumq; cedis a Romulo absolutum: & Fabius Maximus in ãnalib⁹ scripsit matronã ꝙ loculos ĩ quib⁹ erãt claues cellę vinarię resignauisset a suis inedia mori coactam. Ex hoc institutũ est propiquos fœminis osculum dare: vt scirent an temetũ bibissent (hoc tum vino nomen erat) Vnde abstemius & temulentia deducta: quęcũq;.n. mulier vt vere & catholice refert Valerius maximus immoderate vinũ appetit virtutib⁹ ianuã claudit & viciis aperit. Aegyptiis quoq; regibus certa erat statuta vini potãdi mensura: qua neq; farciri vẽter neq; iebriari possent: nã regib⁹ vt est in ꝓuerbiis Solomonicis. Vinũ minime dãdum est: quia nihil secretũ vbi regnat ebrietas: nec forte bibãt obliuiscãt iudiciorũ: & mutent causam filioꝝ pauperis. Vnde dictitãt Romulũ ad cœnã vocatum non multũ bibisse quia postridie negociũ habebat: monet Plato in tertio de re publica: a vini tumulẽtia abstinere debere ciuitatũ gubernatores: ne custode custos indigeat: Sapientis viri super mensam celebre dictũ est. Prima cratera ptinet ad sitim: secunda ad hilaritatẽ: tertia ad voluptatẽ: quarta ad insaniã: hinc ebrietatem esse furoris volũtariã speciẽ Catoniana sententia diffiniuit: nam per eam & sensu & mente excedimus: vt est apud Dionysiũ areopagitẽ: festiuiter dixit Plautus. Vinum luctator est dolosus: pedes captat primum.. Satis notum est Archesilaũ philosophum cum vinum immodice hausisset obiisse ætatis anno septuagesimo quinto: quia vini copia naturalem viuificamq; virtutem caliditate suffocat: in his præcipue qui insitum calorem exiguum atq; imbecillum possident. Sed incredibile quod sequitur ab Aristotele tamen historiæ animalium sexto traditum. Siracusis potator quidã egregius ouis sub Storia positis in terra tam diu potabat donec oua ederent fœtũ: Cum autẽ purum in cœnis vniũ dabat omnes deum sospitem optabat bibenti: cum post cœnam di-

Fomẽtum veneris

Loculi clauium

Temetum

Abstemius

Temulẽtia

Vinũ regibus non dandum

Dictum celebre

Ebrietas

Incredibile

Dilutum

lutũ id est aqua mixtũ:quod Staphilꝰ scyteni filiꝰ primꝰ insti=
Merum tuit sumebãt:Iouẽ vocarunt saluatorem:nam vini puri:quod:
merũ est:potus ad insaniã redigit:aqua iouis mixtꝰ voluptatẽ
læticiamq̄ affert & prohibet isaniam vt autor est. Diodorꝰ in
quinto Bibliothecæ.Meracis quidẽ vti/ potiõibꝰ per .xx.dies
ante canis ortũ totidẽq̄ postea suadet Hesiodus : Vinũ ipsum
græci Oenon appellant inde œnophorũ vt Gasterium vel ga=
Oenon ster & baucaliũ .ex argilla lino stãno vel argento vasculum ad
ferenda vina idõeum: Apuleius metamorph. vii.Oenophoro
quod imixtum vino gerebat venenũ: & œnophola vẽditor vi
Onophorum ni:qui solet A duẽtoribꝰ suis meratiꝰ vinum exhibere : ac Oe=
nopolium taberna vinaria: preter panẽ & vinum cętera vt edẽ
Oaeopola di irritamẽta quædam reperta : nõ p vsum vite necessariũ sed
per luxum animi parata obsonia dicũtur: Iuuenalis Nec tamẽ
Oenopolium his vlla obsonia fiũt rãcidula: hic Thucydides histo.prio nar=
rat Artaxerxem Temesthocli dono dedisse magnisiã ob panẽ
Obsonia Lampsacũ ob vinum:Myuntẽ ac obsonium: Dicere solitꝰ fue
Optimũ rat Alexãder famẽ optimum fore obsonium : Ceterũ cũ Vasa
Obsoniũ a gręcis quę dicũtur Baucalia latice implẽtur sonum vt inquit
Phloesbos Aphrodisęus edunt sibi propriũ:a quo & vasis nomen est fac=
Borborygmos tum:velut alia apud græcos / noĩa sonorum factitia veluti in
a qua phlœsbos:& in aluo borborygmos.

LAnces sunt vasa lata & rotũda quibus caro tam tosta q̄
Lances lixacæteraq̄ edulia condiuntur mensæq̄ inferuntur:
Chrysẽdate Horatius in satyricis sermonibus : inligna nutritus glãde rotũ
das curuat aper lances: Apud Martialẽ cõmendanť Chrysen=
Argyrendare datę ex auro cum fierent vt nunc etiam ex argento Argyrẽda
tæ: Et quoniam elixae tostaeq̄ carnis mentionem fecimus e=
Eduliorũ ratio duliorũ rationẽ ex.M.Varronis sentẽtia aperire non indecens
fore duximꝰ: Primum maiores nostri assam carnẽ comederũ:
elixam postea mox eiure eonditam ac perinde iucundiorem
quod genus Cornelius Celsus Iurulẽtum appellat his verbis.
Iurulẽtũ tũ res eadẽ magis alit iurulẽta q̄ assa magis assa q̄ frixa. Vñ in
Iussulẽũ libris lingue latinæ : Vbi pultem aut iurulẽti quid ponebant a
Asso capiendo Catinum nominarũt: Apuleius autem iussulentum
Elixum formauit in Apologia magię sic de Ennio scribens : Ostendit
Frixum qualiter assus aut iussulentus optime sapiat : nec tamen ab e=
Caro ruditis ꝛprehẽdiť: tribus itaq̄ nõimbus distiguebať asso elixo
& iurulẽto qbꝰ frixũ additũ. Caro autẽ est cibus ꝑ cęteris cor

pus nutriens autore Celso vt propinquioris côuersionis ad sanguinē. Siccioris nutrimenti est frixa & tosta humidioris elixa pinguis malę alimonię & paucule cibū subleuat⁹: salita quoq₃ corpus extenuas teste Theodoro Prisciano nō probat: melior ē aūt ois ossibus proxima & digestibilior: vt ē apud Auicē. Vescunt & populi etholog: carne cruda qui Omophagi inde dñr vt refert Thucydes histor. tertio: inter lances vero habent tympana a forma: Filicate ad speciē herbe Filicis cœlate: Clematerę quasi Pāpinate: vt hederate Corimbiate ab hederis Pampinis Corimbis (vt videmus) insculptis: Aristophorū Mazonomum Discus & Magyde a Coquina fortasse de quibus meminerunt Pli. Acrō Pompeius Horatius. M. Var. Fenestella & alii Apuleius cœnarū reliquiis discus ornat⁹. Hiero. Abachuc Danieli potantē in disco prādiū eleganter Discophor: appellauit Catinus quoq₃ inter lances numeratur: Persius Positū ē algente catino durū olus. Hora. In domi me ad porti & ciceris refero laganiq₃ catinū: lagana autē vt sentit Acron sunt quædam quasi mēbranulę ex fariua & aqua q̄ iure pingui coctę & caseo Pipere/Croco/Cinamomoq₃ cōditę in cibis nō iniocūdę pāti coso nostro vident: his fere similes sunt nisi q̄ crispuli & crassiores ex aqua & farina pastili: globuli a quibusdā: circuli etiā: & magis incondite facti Lixulæ & Semilixnlæ nūcupati: qui elixi caseo Aromatis & butyro ꝯdiunt. Sed vide ne apd Hora. Lachani legendū sit: cū græci Lachanū olus: vnde Lacanopoliū locus vbi olera vendunt noiauerint. Eundē & Paropsidem dicere possumus. Hinc i cœna dñi quę Mathei. xxvi. paropsis Marci. xv. caten⁹ vocat. Sueto. in Galba: Ordinatio quidem dispensatori breuiariū rationū offerenti Paropsidem liguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse/Sunt & Garbate vasa cō caua eduliis pulmentariisq₃ aptissima. Epigrām. poeta in. vii. Transcurrunt gabathę volantq₃ lances & in. ix. Sic implet gabatas paropsidesq₃. Est promulcidariū a promulcide cōdimento. Est boletaria seruiens boletis voluptario vt inquit Seneca veneno: vnde est: Cum mihi boleti dederint tam nobile nomē Prototomis pudet heu seruio coliculis: sunt Pultaria a pulte illa antiquorū nomen adepta.

Scutella a nobis id circinate rotunditatis vasculum dicitur qno minutal ex carne vel oleribus. Lymoniacæ fitissimi saporis pulmentū: iuscula: intinct⁹ & cætera id genus cōdimenta in mensam per dapiferos exhibentur; est autē iuscum

Omophagi.
Aristophorum
Mazonomum
Discus.
Magyd⁹
Biscophorus.
Catinus
Lagana
Pastilli
Circuli
Globuli
Lixulę.
Semiluxulę.
Lachanon
Lachanopolion.
paropsis
Gabatę
promulsidarium
Boletaria
pultaria
Scutella
Minutal
Dapiferi
Iuscum

Iusculum fiue iuſculum ius:quibus vocabulis vtuntur. M. Cato Apiti⁹ & Apuleius:hinc iuſcula cibaria liquidiora vocitamus:quę cõſtant vitellis ouorũ omphacio: iure pingui: Croco & cinamo: hæc crocea ſunt:viridia ſi volueris croci loco betas & petroſelini modicum cõtunde & per Setaceũ tranſmitte:Scutella ipſa

Scutullę a ſcutulis vt quidã credidere nomen mutuaẽ. Sunt.n. ſcutulæ rotundæ formę quales aranea cõtexit. Pli.xi.de araneis. Quãta arte celant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circa graſſantes:& ſcutulata veſtis a Iuuenale a ſcutulis nuncupaẽ:

Diuidere Veſtes quibus diuidere veſtes gallia docuit. Scutulam itẽ pro vaſe ponit Martialis.xi. Sic implet gabatas Paropſideſq;:& leues ſcutulas cauaſq; lances:hinc ſcutella. Cicero in Tuſcu.queſt. Demus ſcutellã:dulciculæ potionis aliquid ꝓuideamus. Alii ſcu

Scutra Cochlearia tellã a ſcutra vaſis genere deducũt:ſicut a mitra mitellam. Ad iuſcula autẽ & pulmenta liquidiora in menſa cochlearib⁹ prę-ſertim orichalceis vel argenteis vtimur: quæ a cochleis nomẽ traxerũt:vnde Epigrãma. poeta in Apophoretis Sũ cochleis habilis ſed non minus vtilis ouis. Nunquid ſcis potius cur cochleare vocer? Sed e ligno etiã ad vſus coquinarios & plurium officinarũ cauantur. his nõ multũ diſſimiles Lingulæ:de qb⁹ idem Martialis. Quãuis me Ligulam dicant equiteſq; pareſq;

Lingulę Dicor ab indoctis ligula grãmaticis:ſic dictę ꝙ in linguæ ſpeciẽ factę ſint:veluti & lingulæ gladioli oblongi vt ſcribit Gellius.

Epulę Epulũ viſcerario Epulæ cibi miniſterio hominũ in noſtrũ vſum cõparati. Epulum vero publicũ conuiuium dicitur: quale ſæpius Imperatores populo dediſſe legimus adiecta interdũ ex carne cruda. Viſceratione:Epulæ ipſę & condimẽta tã multiiuga ex ſapidiſſimis ſuccuũ nutrimentis vapore in vnũ ſaporem redacta de quibus multa ſunt apud Apiciũ & Platinã qui paulo

Mẽſa Secũda ante noſtrã ætatẽ ſcripſit:carnes & id genus reliqua priori mẽſe conueniunt cũ in ſecũda ponantur Caſeus pira nuces poma vuę Ficus & mellita ſaccaroue intecta holoſaccareaq; ꝯpluria pro locorũ temporum & rei familiaris conditione. Horati⁹ in ſermonibus. Tunc penſilis vua ſecũdas & nux ornabat mẽſas cũ duplice ficu:Mart. Mẽſe munera ſi voles ſecũde. Marcẽtes tibi porrigenẽ vuę. Et nomẽ pira q̃ ferũt ſyroꝝ. De his igiẽ qa locus id exigere videtur paucula dicem⁹:ſatis in hoc vt in cæteris fere oib⁹ ſit me tibi iudicare ſcriptores cãdidiſſime lector quos adire poſſis ſi qd copioſius noſſe deſideraueris. Primi au

tem Iones secūdę mensę ponendę/unguēti/coronarꝫ iu conuiuio dādarꝫ consuetudinem haud paruairritamēta luxurię in troduxerunt/nam veteres & gręci comprimis coronas in Symposiis & conuiuiis gestauerunt:ifundebantqꝫ poculis:& hilaritatis gratia bibebant vt exemplo Cleopatrę & M:Antonii satis constat/quę cun illo lusit extremis coronę floribusveneno ifectis auctor Plinius: Sed preceptum Epicteti i Enchiridio vt optimum custodiendnm est. Quod inquit ad corpus attinet/ adpurum vsqꝫ vsū sumevelut cibum/potum:vestem/domum/ quod aūt ad gulam aut delicias pertinet penitus circunscribe.

Bellaria significant secūde mensæ omne genus cibi:nam quæ tragemata græci aut pēmata ea veters nostri Bellaria appellauere vt refert Au. Gellius: Vnde Macrob. in satur: Adhuc dicēte Furio secumdæ mēsæ illata bellaria nouo sermoni pricipiū dederunt: Symmachus.n. attractās manu nuces Vellē inquit ex te audire Serui tāta nucibus nōina quę causa vel origo variauerit ant ūde tot mala cū hac vna appellatiōe vocitent/ Et. M. Varro ex satyris menippeis Bellaria ea maxie sunt mellira quę mellita non sunt πεμασι .i. placentis & bellariis.n. cū πεψει .i. cū cōcoctiōe sotietas ifida Vina quoqꝫ dulciora hoc nomie signata sūt:dictaqꝫ ea leberi bellaria. Cur autē edenda sint tragemata & secundarium mēsarum consuetudo fnerit introducta quęrēs Arist. in Problem. Vt satis inquit: bibamus nō.n. sitis gratia solum quę p mensam primā non teneat bibendū. Sed etiā post hausisse aliquid iuuat. Belſari a Trageata Pēmata

Nvces dicūtur quæ foris duro tegūt & intus habēt quod esui est. Nu cleum vocant. Plautus i Gurg. qui e nuce nucleum esse vult frangit nucem. est nux iuglans a iuuādo & glāde vel potius quasi Iouis glans:nam id gen⁹ arboris nuces habet suauioris saporis q̄ glans autor Macrobius in Saturn̄. de illa hęc Plinius Solum hoc pomū natura compactili operimento clausit:namqꝫ sūt biffidæ putaminū carinæ nucleorꝫqꝫ illis quadripartita distinctio lignea intercusāte mēbrana quæ est: Nauci:nucē ipsam Basilicā gręci dixere:recens iucūdior:ē vt scribit Auicēnas:sicca vnguinosior:stomacho inutilis/difficilis cōcoctu:tussiētibns inimica:& capiti/cni dolorē suscitat. Vnde gręci Caryon id pomūvocitant aquo Carynū oleum de equo diximus:& Caryoposnucis succus. Plinius Nuces inquit: Iuglādes gręci a capitis grauedie appellauere: est pōtica Nuces Nucleus nuxiuglās Basilica Nux Caryon Caryinū Pontica nux qnę

Nux quę Auellana & minima Preneſtina minuta Nuculę Corylus

des græci a capitis grauedīue appellauere:eſt pontica nux quæ auellana ab oppido campanię vbi copioſior:cęteris minor eſt: hinc a poeta ſatyrographo minima nux vacata:Pōtica aūt a pōto regiōe:Plinius in aſſiā gręciāqȝ e ponto venere & ideo pōticę nuces dicūtur:pręneſtina eadem nux a loco:pręneſtinos populos inquit Pompeius āntiqui nuculas nominarunt ꝙ in eoꝝ regiōe plurima nux minuta naſceretur:hāc corylus arbor producit de qua Verg.hic inter dēſas corylos:Nuces ipſe auellanę dolorem capitis faciunt inflationemqȝ ſtomachi:tarde digeſtionis pinguedini corporis cōferunt pluſq̄ ſit veriſimile. Et vt teſtatur Auicennas in ſecundo ex autoritate Hippocratis in cerebro faciunt augmentum.hinc ipſe exiſtimauerim comendari illas ad venerē cum ſperma.i.ſemen genitale e cerebro per ſpinā deſcendere videatur vt Ariſtoteles in ꝓbleumatib⁹ Alcinous & Trimegiſtus tradirere:quodquidē e maribus(vt in paterga more pictoꝝ excurramus) ita ſe habet ad menſtruorū naturam vt coagulum ad lac:contrahit enī & coſtituit materiam excrementumqȝ a fœmina prębitum:quod Pli:Lactātius Hippocrates etiā tenuere:hinc mater amateria quā ex hibet niſi potius a gręco μάτηρ nā medici ſunt qui & vim quādam effricientem ineſſe fęminis in conceptu voluerunt.Eſt gręca nux quę & amygdala & Thaſia Pli.in xv.Tertia inquit ab his natura eſt Amygdalis tenuiore ſed ſimili iuglandium ſummo operimento.Item ſecundo putaminis nucleus diſſimilis latitudine & acriore callo.Arbor ipſa an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur:quoniā gręcas nominat:qnas quidam & in iuglandiū genere ſeruant. Boni ſunt nutrimenti verum pauculi: corpus pinguiuſculum reddunt:aciem oculoꝝ:acuunt:ſplenis opilationibus & epatis tuſſiqȝ antiquę cōferentes vt eſt apud Auicēnam:Eſt pinea nux nucleis refertiſſima:arbor ipā Cybeli dicata vt ſcibit Ser.ob copiē q̄ i india eſt illi ſacra.Seneca in troade.Secuitqȝ fretum pinus matri ſacra Cybeli:Et apd Martialē inxeniis nuces pinę poma Cybelis eſſe ſe fatenť:quarū genera quattuor a Plinio numeranť hoꝝ eſt quod apinū vocant nucleorū cute verius q̄ putamie:adeo molli vt ſimul mādať inde res tenues Apinę dictę:Marcialis ſunt apinę tricęqȝ & ſi quid vilius iſtis:Nuclęi aūt pinei amygdalę euellanę & nōnulla alia veluti ſūt:Coriandri peponū aniſiqȝ ſemina & cinama ſaccaro tecta i bellaria & meliora & mēſis diuitū aptiora redigunť:nucleum pineum Gal. & iureconſulti & omnis ſcola eruditorum

Sperma

Amigdala

Pinea

Apinum

Apinę

vocat strobylum:gręci etiam Coccalum: Est Heracleotica nux quę castana echinato tegmine sardibus primũ prouenit: ideo apud gręcos sardianus balanus appellatur Diuus Tiberius postea balani nomen imposuit excellentioribus satisfactis: laudatissimæ castaneę terẽtinę & in cãpania neapolitanæ. Mart. & quas docta Neapolis creauit lẽto castaneæ vapore tostę. boni sunt alimenti verum inflationem inducũt & tardiuscle digeruntur. vt Auicennas & Dioscorides testantur. Sunt & Pistacia quæ auellanis fere similia inter nucũ genera numeranť. Plinius in. xiii. syria pter hãc peculiares habet arbores in nucũ genere pistacia nota L. Vitelius in italia primus detulit simulq; in hispaniã Flaccus Pompeius eques ro. qui cum eo militabat Thoraci conferentia pulmonẽ purgare creduntur. Fernut aũt nuciferæ arbores quędam vt Corylus Iuglans & castaneæ Iulos suos hoc est Lanugines ad nihil vtiles. Sunt hi nõ flores ꝑprie sed qui antecedant vt in fico grossuli.

heracleoteca nux
Strobilus.
Balanus
Pistacia
Iuli.
Grossuli

Mala poma dicuntur quæ tenui cortice vt mandi etiã possit obducta esui sunt: licet duriore inter ea sint tm̃ granata: nã cõpluria videmus gña: apiana: rubiginosa: Deciana: Septiana rotunda Perisia paruula: sed odoris eximii. Rosea oĩbus nota: & Paradisea ꝙ in oib⁹ paradisis id est hortis inseri debeãt si nõ primas saltẽ secundas partes inter mala sibi vendicantia & odoris & saporis suauitate. A pomis Pomona dea. hinc Pomonalis flamen: Poma aũt ipsa ꝙ potu indigeant. Nam insitis aquã addi siccitatibus oportet vt interptatur. M. Varro rei rusticæ primo: siue ꝙ vicem potus in cibis præbeant. seruantur per hyemem loco frigido & sicco contabulato Plinius pomarium vocat cum sit alias consitus pomis locus. Ad vbi tam mala q̃ pira & cæteri fructus autũnales habenť oporotecam græci dixerũt. Nã opera fructus autũnales & theca repositoriũ nũcupatur. M. Varro: In oporotheca mala manere putãt satis cõmode: substernendę sunt raris tamẽ cõpositis: paleæ: vel storię quæ tegetes: aut stramenta. Colligenda post equinoctiũ autũnale: neq; ante. xvi. lunã: neq; ante primã horam: & caducis a cæteris manu lectis seiugatis sunt reponenda loco perflatili ad Aquilonẽ fenestras habente.

Mala.
Deciana
Rosea
Paradisea.
Apiana
Rubiginosa.
Pomona
Poma
Pomariũ
Oporotheca
storiæ que tegetes
Mala colligenda

Citrea mala odoratissima: vt scribit Oppius in pside oĩ tẽpore generantur: alia eni precarpunť a: lia interim maturescunt: vñ Martialis in sextis. Aut corcyre isunt hæc de frõdibus horti: Aut hæc massili poma. dracõis erãt Interiecta vesti

Mala citrea.

bus tineas arcere creduntur inde vestis citrosa. Festus tñ aliter
vestē citrosam interpretat⁹ est. Auic. quoq; citri corticē aduer/
sus tineas vestibus interponendū precipit. De citreis aūt malis
quæ qñq; Cedria: & medicis: quæ vulgo: vt quidā tradidere:
Medica narancia vocanť: eadē fere dici possunt: q̄tū ad pomi naturam
Narancia. & magis mensę priori cōueniūt: nam cū carnibus tostis vt etiā
oliuæ ponuntur nisi fuerint melle condita.

Apyrina APyrina mala dicunť punica siue granata quib⁹ lignosis
nucleus abest: sed candidior his natura & blādiores aci
ni minusq; amari & membranis distīcti. Seneca ad Luc:. sic
imperturbatus sapiens dicıť quō apyrina dicunť nō quib⁹ nul
la duritia est granorū: sed quib⁹ minor: punica aūt a regiōe no
Punica mala men sibi vendicāt. Ruffus Festus. Lybica rate misit agellus pu
nica mala tibi tyrrhenū vecta p æquor. Horū mēbrana tenuis
Granata grana. a quibus granata. diuidens Cicus appellatur. putamen
Cicus Malicorium/quo perficiunť coria vt scribit Plinius in. xxiiii. at
Balaustiū flos balaustium & medicinę idoneus & tingēdis vestibus: qua
Rhoiton rum color inde nomē accepit: e granis aūt pressis vinum edu=
citur q̄ græci rhoiton nominarunt.

Cydonia CYdonia poma cotonea a cydone oppido cretæ quod Sa=
mii teste Herodoto condidere nomē mutuantur. Plinius
his proxima amplitudine mala: q̄ vocamus Cotonea/& gręci
Cotonea. cydonia ex creta insula aduecta. Serenus Aut quæ poma cy=
don creteis misit ab oris. Tria eoꝝ sūt gña: vt refert Columel=
la: quorū chrysomela incisuris distīcta colore ad aurū inclina
to. vñ & nomē adepta. Strutea quæ minora odoratius vibrāt
serotino prouētu. Mustea vero præcocia q̄ nūc Mellimella: vt
Chryso= mela tradit Varro. a mellis. vt opinor sapore Martiaľ. Dulcibus aut
certant q̄ mellimella fauis. Neoterici nana mala ex arboris bre=
Strutea uitate nuncuparunt: nā gręci nanos breuis corporis hoīes vo
Mustea q̄ cant: latini pumilios & pumiliones: qui nūc in delitiis prīcipū
mellimella fiunt si habuerint Horoscopū in quarto gradu scorpii: vt inq̄t
Nani Iulius firmicus in octauo. Posui ipse in hortis meis huī⁹ pomi
pumiliōes frequētes arbusculas admiratus naturā q̄ non solū gallinulas
caballulos/mulas pumilias/& homūciōes: sed etiā inter arbo=
res nanocū gña produxerit. hic legim⁹ Chameplatanos Cha
medaphnes & quasdā alias breuitate spectabiles. Sunt p̄terea
siluestria e struteis parua odoratissima in sepib⁹ nascētia/cy do
nia stiptica sūt hinc dysenterię & cœliacis vt auicē. & Diosco.
testantur: m pea dio cōferūt. ad hoc cō dimentū fit in saccato

decoctis:Non improbatur etiã in melle inter bellaria iucũdissi saporie additis aromatib⁹ & moscho odorato precipue quova lidiores vtuntur antiqui cydonitem neoterici cotonneatũ appellant:cuius confectionem docet Gallenus in pharmaceuticis. Moschus Cydõides Cotõeatũ

PRunorũ multa variaq́ sũt gñа:quorũ in primis laudantur tria: damascena:amygdalina & armeniaca:de qb⁹ hæc Pli.nec non ab externa gẽte armeniaca:quę sola & odore commẽdant & paulopost:Nup in betica malina appellari cœperũt malis isita:& alia amygdalina amygdalis: his itus in ligno nucleus amygdalę:nec aliud pomũ igeniosius geniatũ est:In peregrinis arborib⁹ dct ãsũt damascena asyrię damasco cognõiata iãpridẽ in Italia nascẽtia grãdiore q̃ q̃ ligno & exiliore carne.De his Serenus Prunaq́ cõueniũt quę mittit clara damasc⁹:Et Mar.in Xeniis Pruna perigrinę carię rugosa senectæ Sume:solẽt duri soluere ventris onus:Nã vt scribit Auicẽ. soluũt vẽtrem secũdum Galenum iprobãtem Dioscoridẽ qui pruna ex Damasco syrię sicca eustomaca esse dixit & vẽtrẽ cõtinere.Pruna tamẽ oĩa:vt etiã vuæ:Ficus virides:Mora:& Cerasa ventrẽ lubricãtia initio prãdii inter prima poti⁹ esse comedẽda medici tradidere. Armẽiaca Malina Amygdalina Damascena

PErsica dicta q̃ e perside fuerit aduecta:duracina prę cæteris in precio sũt:his corp⁹ ligno adhæret auelliq́ neqt cũ in reliqnis facile separet.Plinius in.xv.sed persicorum palma duracinis nationum habent cognomẽ gallica:& Asiatica post autũnum maturescũt: ęstate precocia intra.xxx.ãnos reperta & primo denariis singulis venũdata:& mox:pomũ innocuum expetit ægris:preciũq́ singulis iam tricenni numi fuere nulli⁹ maiore:ẽ & nitidioris corticis quod nucipersicũ vocant decipiuntur profecto medici nostri temporis & quicumq́ illis astipulãtur existimãtes persicorum generi arminiaca adscribẽda:de quib⁹ Paulo ante ex autoritate Plinii subtilissi naturæ rerum idagatoris dixim⁹. Persica Duracina Persica nucipsicũ

Cerasa

c Erasa a. L.Lucullo primum in Italiam aduecta sunt e ponto.Plinius Cesari ante victoriam Mithridaticam. L. Luculli non fuere in Italia. At vrbis anno sexcentesimo octogesimo is in primũ vexit e põto:annisq́ centũ.xxx. trans oceanum in Britaniam vsq́ peruenere. Diuus Hieronymus ad Marcellã,accipimus & canistrũ Cerasis refertum tali=

libus & tam virginali verecundia rubentibus :vt ea nūc a Lu= cullo delata existimarent:si quidem hoc genus pomi ponte & Arminia subiugatis de Cerasunto prim⁹ Romā pertulit:vnde & de patria arbor nomē accepit:principatū obtenent Duraci= na:quæ Pliniana cāpani vocarunt:sūt & Aproniana quæ max ime rubēt. Actia nigerrima:& Iuliana tenerrima adeo vt gesta tū non tolerēt:Cerasa omnia aluum molliūt stomacho iutilia id autē magis prestare credūtur dulcia:Nam austera:quæ Me= rena dicunt triuialiter :ventrem astringunt stomachum cōfir= mantia & p̄sertim solę siccata quæ & sitim tollunt & appetitū prouocāt.

Pliniana
Cerasa
Duracina
Apniana
Actia
Iuliana
Merena

Izipha baccis: veluti Corna : similiora q̄ malis creat ar= bor Ziriphus. Plinius in .xv. Aeq3 pegrina sunt Ziri= pha & Tuberes :quæ & ipsa non pridem venere in Italiam hęc ex Africa :illa ex syria. Sex. Papi. quem consulem vidim⁹/pri= mus vtraq3 attulit Diui Augusti nouissimis temporibus in cas= trorum aggeribus sata. Ziripha recens lecta & guttis vini ve= teris conspersa rugis non deformantur. tuberes ex arbore legū tur. at tubera ex tellure sues eruunt rostro : q̄ sine radice terra vndiq3 circundata nec vtiq3 loco extuberante/ aut rimam agē te inter sicca & sabulosa fruticeca nascuntur nihil aliud q̄ terre callus appellāda:optima p ver/& tonitribus frequētiora venerē emortuā suscitare dicūtur.

Corna

Tuberes
Tubera

Ora in arboribus & in rubis nascūtur post prandium sū= pta per æstatē sanitati plurimū cōferre existimauit Caci us Horat. in sermonibus. Ilę salubres æstates q paget p nigris prandia moris Finiet ante grauem quę legerit arbore solē: Que in herbis humi nascūtur fraga vocantur. Plinius Aliud corpus & terrestribus fragis:aliud cōgeneri eorum vnedoni quod so= lum pomū simile fructui terre gignitur:& poeta:qui legitis flo res & humi nascentia fraga:herba ipsa a latinis quique folium a gręcis pentaphillon dicitur:ego tamē aliam existimauerim. Moris/trini colores/candidus primo:mox rubens maturis san guinius/ex cruore amantum. Pyrami & Tisbes vt fabulantur: nam sunt & mora etiam per maturitatem candicantia. In no= uissimis florent mora celsi atq3 inter prima maturescunt: foliis cibantur bombices vermiculi quos ad stamina sericia nutrica mus:at rubi mora/sapientię cōferre antiq crediderūt. vt Dios. scriptū reliquit.

Mora
Rubi

Fraga
Quiq3
Foliū
Pentaphi
lon
Candida
Mora

Espila M. Catonis ętate/non fuere in Italia:acerba den= tib⁹ nocent:matura aluum sistunt astringūq3 stomachū:

Mespila

exceptis setaniis quę malo propriorē vim habēt. Vnde est. Maturo nec me vescaris acerbo. Ne illic sed taceo dētibus hinc noceam: Est eorū genus quod antedon minus est pomo: sed odore præstātius & quod diu seruetur. Anthon

SOrba genera habēt quatuor: rotunda/turbinata vt piꝝ speci e ouata seu malorū aliquibus hæc obnoxia acri odore & suauitatate iocunda: Quartū genus turminale vocaut: remedio tantū probabile: vnde nomen assiduū prouentu minimumq; pomo: Generosissima vero omniū qbus circa pediculos tenera folia: pediculi ipsi siue pisciolī i fungis pomis & id genus cæteris dicuntur quibus e ramalibus pendēt: terræ adhærent & appendūtur sorba recentia stomacho: & aluo sitę ꝓsunt sicca aluū sistūt & astringūt stomachū. Mar. in Xeniis. Sorba sumus moles nimiū durantia vētres. Aptius & puero q̄ tibi poma dabis. So/ba Turminale Pediculi Petioli.

PYra virtutis stipticę sunt: & fungis concocta malitiā adimunt: eoꝝ plura sunt genera Lolliana/orbiculana/superba/quæ nunc muscatella/signina que alii a colote testacea/volema: fauonia crustumina/q̄ nunc glatiola myrrapea/laurea/nardina ab odore/coriolana & tyberiana autumnalia acidulo sapore iocunda: quę grādia & sole colorata Tyberio principi maxie placuerūt: Ac plęraq; alia quorū meminere Plinius & Macrobius. Inter hęc est quoddā sementinū a semente cuius tempore maturescit: Fiūt e syluestribus mitiora: veluti poma quoq; p adoptionem surculi incisione: Cuius sunt inoculatio & emplastratio pyra aūt & fructus omnes improbantur in omnibus: nisi exercitatis labore cholera rubra abundātibus: & tunc quoq; nisi in ęstate ante epulas cōederint: aptissimos nāq; reddūt homines ad febrium ardores stomachum prius calore priuantes: vt est apud Auicēnam. Pyra Superba/ Signina Crustumina. glatiola. Tibeirana. Semētinū Insitio Inoculatio Emplastratio.

CAryotæ siue caryotides quas Apitius dactylos vt nunc appellat: e palmis nascūtur. Plinius. de canaria e fortunatis insulis loquēs: hanc & palmetis inquit caryotas ferentib⁹ & nuce pinea abundare: Papi. in syluis. Pergrandes cariotides cadebant: celebrant̄ pręcipue cibo/succo. Etiā ex his. n. oriētales vina faciūt iniqua: capiti vnde pomo nomē: vt idē est autor in xviii. in Iudea palmis prima nobilitas nec in tota q̄dē sed pręsertim hiericunte: pōderi non cedūt: sed quanto honustiores sūt tanto magis nitūtur cōtra pondus vt referūt Aristoteles/Strabo & Aulus Gel. Hinc ꝓ victoria ponitur palma. Theseus qui- Caryota Carioty des. palma

dem e Creta in Delō cū se cōtulisset ibi certamē instituit:i quo tunc primū palmę pmiū ē præpositū:autore Plutarcho: Auul sum e palma cū fructu termitē quidā spadica noiant: Nā spao euello:vnde spadones eunuchi quos prima Semiramis vi quo dā modo iniectans naturę fecisse dicit. Sed spata quoq; vocat vnde spatalion Caryotarū apud Martialem in Xeniis: Vbi nō nulli tamen Petalion lectitant:æstimandum relinquimus.

Spadix spadones. spaa. petalion

Oliuę picæna fidicina. pausia orchis

OLiuæ picænę & fidicinæ in Italia Plinius inquit cæteis prę feruntur in cibis:his Ro. ab initio cœnæ ad finē vsq; vtebātur. Hinc est Epigrāmat. poetę distichon in Xeniis. Hæc quę picenis venit subducta trapetis. Inchoat atq; eadē finit oli ua dapes. Eaȝ genera a Macrobio & Plinio numerātur. africa na:liciniana:pausia:radius:sergiana:salētina:albigerus: orchis & regia:e quibus bacca iucūdissima est pausia:speciosissima re gia etiā virga:escæq; potius q̄ oleo idonea:orchis quoq; & ra dius melius ad escā q̄ in liquorē stringitur. Omnis deniq; olea & maior fere ad escā:minor oleo est aptior vt scribit Columel. libro rei rusticę. vi. Salitę stomacho iucūdę subleuāt appetitū: conditurā docent. M. Cato Palladius & Columella Apud nos druppę integrę sale aqua & fœniculo cōdiunt:ex quibus vt po te immaturis oliuum etiā faciūt omphacinū:earū officula san sas vocāt. Vnde secūdariū oleū a factoribus oleū sansarū dicit

oliuarum. cenditura. druppę.

vua. apiana. stica

bumasthe

Labrusca labrum

VVarum plura sunt genera: est Apiana quā græci sticam ab apibus nomen adepta. Columella de apianis: pingui solo feracissimę:mediocri quoq; fœcundæ:præcocis fructus: ideoq; frigidis locis aptissimę:vini dulcis:sed capiti/ neruis ve nisq; non aptę nisi maturæ lectę pluuiis ventisq; & afferūt api pus prędā:quarū vocabulo ,pter hāc impopulationē cogno minantur:atq; hę pręciosi gustus celeberrimę. Est bummāma quę grece bumasthis tumentibus cumasthis tumētibus & ma gnis acinis:nā veteres gręci rebus magnis bu prępos uere:hinc bulimon magnā famen grandes pueros bupedas:mariscā ficū busycon & buthysiam magnum sacrificium appellauere. Cō traria huic ē quę a minutis acinis lepthoraga dicitur:Est labru sca in marginibus terrę nascens:inde nomen. Labrū em̄ extre mi tas dicitur:vt Seruius & Nonius testātur. Est duracina a du ris acinis quā in cibis laudat Mar. Nō abilis cyathis & inutilis vna lyeo Sed nō potāti me tibi nectar ero:vbi troxios vuas sci to dici q̄ nō vini cā hn̄t:sed cibi grā tātū. sūt dactyli lōgis aci nis porrecti heluolę quas nōnulli varias noiant: neq; purpureę

neq; nigræ: ab heluo ni fallor colore inquit Colu. Est aminea a regione:nam Aminei fuerunt vbi postea falernus. Est pręcia quasi præcox vel præcoqua:quæ a nostris Iuliatica mense Iulio inter primas maturescit. Est gręcula:eugenia: variola:inerticula:venucula:coruina :trebiana:& alia q̄plurima pro locoꝝ diuersitate nominata. Veluti quam nostri ab acinis stipatim in racemo coherentibus Piniolam vocant a nucis pineæ quadā similitudine:Racemus ipse gręce botrys vnde apud nos & Botryo plura continens acina id est grana: Martialis eo loco nec dignam toto se botryone putat vuas ollares per botryonē & cō dititios in ollis vt veteres solebāt racemos intelligit :quos etiā gręci Botryonas nomināt. Appenduntur & nūc tigillis veluti etiā poma. Vnde pensiles vuas & mala pensilia dicunt oēs. Cōmendanť aūt mensis secundis vua passa:quę astaphis dicitur. Confectionē docent Palladius & Columella : Vuæ passæ acino senior poeta Anacreō dum tenues & exiles virium reliq̄s foueret absumptus est: vt narrāt Plinius in .vii.& Valerius maximus memorabilium vltimo:vuis passulis(ita enim a medicis hodie dicuntur)Monopolium hoc est penes vnū vēdendi potestas est in Achaia.

Ficus siue siccæ seu virides e reliquis fructib⁹ ipendio laudantur in cibis :nam vt scribit Auicēnas ex oibus maxie nutriūt Plini⁹ panisq; simul & obsonii vicem siccatę implent: hę vel orcis condiebantur:vel in teste cōponebantur:vt nūc vitilibus. Vnde resticula sicorū a Varrone dicta. Genera cōplutia numeranť hercul aneę harūdineæ:lauianę albulę chię mariscæ africanę lidię chelidonię callistritię. Sūt & caunee coctona & caricæ quæ in albēse rus e Syria intulit. L. Vitelius q posteа censor fuit:cū in ea prouicia legatus fuisset nouissimis Tiberii Cæsaris tēporibus. Sūt & grossi anteq̄ maturescant loco fere florū. Hinc Canticorum secundo. Ficus ꝑtulit grossos suos:vineæ florentes dederunt odorem: siccæ ficus: vuæ: & pira secundis presertim rusticorum mensis adhibentur antea athletæ ficis vtebantur vtpote impensius alentibus priusq̄ eos exercitator Pythagoras ad carnis vsum quę fortior est trāstulisset athenis præcoces ficus prodomos appellāt: maiorat prepost eris sunt genera ficuum præcocia & semper bifera: nam in mēse maturescūt:& p vidēmiā serotina:q̄ a duro cortice Duricoria dicta virides fic⁹ & poma ex arborib⁹ recētia sp Ga.ipator

Varię
aminea
præcia
Iulialica.
Gręcula
Inerticula.
Trebiana
Pineola
Botris
Acinum
ollares vuæ
Poma pensiles
Astaphis
Monopolium.
Ficus.
Resticula.
ficus spēs
Cauneæ
Coctona.
Caricę.
Grossi
Prodomi
Duricoria

Sycos. Sycosis sycelis sycomor⁹ hic est Galienus qui vere cubicula de rosis fecit qui vina semp variauit:& in poculis bibit aureis vitrū aspernatus:ficus graeci sycos:vnde sycomorus arbor:sycosis morbus:& sycelis auicula atq3 alia compluria.

Muscaria. Pauoninū muscariū Flabellum Muscaria instrumenta sunt abigendis e mensa muscis aptissima preciosiora texuntur e cauda pauonis. Hinc Epigrāmaturi⁹. Poetę de muscario pauonino exiit distichon Lambere quę turpes prohibet tua prādia muscas Alitis eximię cauda supba fuit. Propertius: Et mihi pauonis caudæ flabella superbæ. Flabellū.n.dicit̃ quo & muscæ fugantur & vētulus excitatur in nimio colore per æstatē his q in cōuiuio aut alio quouis loco & tēpore sudant. Therē. in eunucho: Venit vna: Heus tu Dore cape hocflabellū & ventulū huic facito dum lauamur Oui. in arte. Profuit & tenui ventos mouisse flabello: Hoc autē

Sudor mynisteriū est delicatoꝝ seruorū: vt scribit Donatus Sudor ipe nihil aliud est q̄ excrementū vaporis humidi: vt exponit Aristoteles: muscæ aūt inter insecta aialia numerātur. Græci Entoma vocant ab incisuris quib⁹ distincta sūt eoꝝ corpa tenui fistula coherētia: Caninam muscā synomyiā dicem⁹: Nā miya musca est. vnde Miagrus deus muscarum a veteribns noiatus: nec mirum cum molestissimæ sint si deū qui illas abigeret coluerunt Sunt & muscillæ paruę musculæ q̄ in vinaceis per autumnū nascentes & veluti semiarpyiule mustea pocula fœdantes in mēsa ad brumā merito nō perueniūt

muscæ eutoma cynomyia myagrus muscilla

Canistella panariola Cistulæ Canistra & canistella e viminibus salicis amerinæ/vł sāguinis inter frutices/cistulas & Panariola dicere passum⁹/in qbus reponūtur per ministros quæ cœnę superfuerunt Hora. Multaq3 de magna superessent fercula cœna. Quę ꝓcul extructis inerant hesterna canistris. Hisdem etiā panis in mensam portabat̃ apud autiquos/nō autē vt nūc rgēteis vasculis/ vt refert Donat⁹ enarrās ilud Vergilianū. Cereremq3 canistris expediunt/Græci cana appellant/hinc a latinis caniferę mulieres dictæ quæ canistra capite gestāt sæpiculæ. supponentes id quod Gesticillum & arculum nominarunt/Et Cistophoros cistifera gręce nuncupatur.

Cana Caniferę Cesticulus Arculus Cistophoros scopæ Scopę raro enicos id est singulariter scopa instrumenta sunt ex vlice/rusco/rama rce/& id genus cęteris fructicibus scopandis pauimētis/amouendis araneaꝝ tælis e parietibus laquearibusq3 idonea: Plau. in sticho. Mūditias volo fieri hic/ferte huc scopas simulq3 arundinē vt operā oēm aranearū

perdam: & texturam improbã: dehinc iamq₃ earũ omnis telas. Martialis in Apoh. In precio scopas testatur palma fuisse. Sed precium scopis nunc analecta dabũt: Analecta ipsa quisquiliæ sũt ciborũ: quas sub mẽsa cadentes vt asportare possint serui scopatij verrentes pauimentum colligunt: Idem epigramatum. vii. Colligere longa turpe nec putat dextra analecta & quicquid canes reliquetũr: hic loquẽs Seneca de Calphisio Sabino in cõuiuijs seruos litteratos ad pedes habente vt versꝰ quos referret subministrarent: Suasit illi Satellius inquit quadratꝰ stultorũ diuitũ adrosor: & quod sequitur arrisor: & quod his duobus adiunctum est derisor vt grammaticos haberet analectas: seruiunt etiam scopæ cæteris ædium partibꝰ: quæ scopandæ sunt ad mũditiem: preterea ne putrescẽtibꝰ sordibꝰ humidis vel siccis pulices & muscæ impendio molestæ nascãtur: ex quibus solent prouenire: vt sentit Aristoteles. primo de animalium generatione: vnde pulices fortasse a puluere appellari. Scopæ ipsæ quasi scobæ ꝙ his purgamenta veluti scobem educimus: est autem proprie scobes puluisculus qui e lignis decidit aut alia materia cum scobina. i. lima tenuatur: vl' serra secatur: ãtiqui quod ridiculũ quis merito dixerit Deuerram deam venerabãtur vt bene scopis domũ verrere possent autor Diuꝰ Augustinus in dei ciuitate. Inter analecta sũt quæ Micæ dicũtur: hoc est minima frustula. Vnde in sacris litteris Et catelli edunt de micis quæ cadunt e mensa dominorũ. Proprie tamen micam puluisculum illũ qui in arena colore fulget argenteo vocitamus: a quo & panis & plurimarũ rerũ partes minutiores: quæ minutiæ: Micæ nuncupatæ. Ouidius: puri lucida mica salis: Ruscꝰ autem species est virgulti ad scopas: Vnde nostrates Ruscum dicunt quod scopis aut educit: aut scopandum venit ad munditiẽ pauimenti & tessel lati: hinc ruscor verbũ: & ab eo Ruscatrices gallinę: quas alij ruspatrices vocant: ꝙ in ruscis & puluerosis soleant pedibus vnguibusq₃ ruscari: ac se se excutiendo rostello etiam alisq₃ quodammodo scalpere vt palã videmꝰ: Sed quia apud nos coquina a cœnaculo longius distare non debet ab illo in culinam transeamus. Si non pallato stomachoue condimentis: saltẽ naribus inuito etiã coquo nidore satisfacturi. COQVINA CAPVT. IIII.

Analecta
Scoparij serui
Pulices
Muscæ
Scopę
Scobes
Scobina
Deuerra dea
Micę
Minutię
Micæ
Ruscus
Ruscatrices
Ruspatrices

CVLINA dicitur coquia vt scribit Nonius ex auctoritate Var. ꝙ ibi ignis colatur locus est in quo obsonia coquũtur. Iuuenalis: Captũ te nidore suæ putat ille culinę: At coqu

Culina
Coquina

Qui pulmenta & edulia condire solet a coquendo per c tamen Potins q̄ per q notandus si Victorino credimus. A puleius de Asino aureo:alter coquus qui sapidissimis nutrimentis succuū pulmēta cōdita calore mollibat. Asiatica victoria vt refert. T: Liuius libro nono belli macedonici perigrinæ luxuriæ origo in vrbem defluxit: tunc.n.primum epulæ cura & sumptu maiore apparari cœptæ:tūc coquus vilissimum antiquis mancipium & estimatione & vsu in pretio esse:& quod ministerium fuerat ars haberi cœpta. Apud veteres coqui in seruitiis domi non erant sed ex macello conducebantur vtpote publici:quos nūc popinones a popina publica coquina nominamus solitos lautius & melius aduentores suos accipere. Sed eodem nomine ganeones significamus. Qui vero emit obsonia & coquo tradit is est obsonator:de quo Martialis: Dic quotus es quanti cupias cœnare:nec vllum Addideris verbum cœna parata tibi est:habent enim diuites in famulitio qui pecuniā expendāt necessaria familiæ præparātes:quos generalitet nomine Dispensatorum significamus:græci Epistatas vocanr. Sene.ad Luci Adiice obsonatores qnibus dominici palati notitia subtilis est qui sciūt cuius illū rei sapor excitet: iuxta quā sententiā de coquo præmisso lemmate Epigām.poeta in Apophoretis: Non satis est ars sola coquo seruire palato:Nāq; coquus domini debet habere gulam. Qui coquinæ præest Atchimagyrus dicit: nam græci Magyrion coquinā:magyron coquū vocitāt.

Coquus — Origo luxuriæ — Popinones — Popina — Ganeo — Obsonator — Dispensatores — Epistatæ — Archimagyrus — Magyrion

Ignis dictus est autore. M. Varrone a nascēdo q̄ inde oē nascit.nā absq; calore nihil gigni nihil diurnai e pōt: vñ in nuptiis adhibitus teste Plutarcho:apud Delō prio repertus hinc isula Pyrpolis dicta:Pyr enim græce est: a quo Pyramis meta:Pyra lignoꝝ cōgeries ad cremanda olim corpora:Pyromantia diuinatio per ignē:Pyricauta ābusta siue vt Celsus adusta & adustioēs:repertorē Vulcanū tradunt:Diodorus vero Siculus li.v. Vulcanū scribit ferri æris auri argenti oimq; q̄ igne fabricant artē inuenisse eamq; docuisse mortales: qua propter harū rerū opifices oēs sacra votaq; huic deo maxie faciētes ignē ad ęternā memoriā suscepti bñficii Vulcanū dixere. In fercula seruare docuit Prometheus: vñ in fabulis est ignē e cœlo subtractū dedisse mortalib⁹:Placet Diodoro illa quib⁹ ignis alitur ab eo repta. Eundē e Silice primus excussit Pyrodes: tū postea qnia Silicis non semp erat occasio: inuenerūt in castris exploratores:pastoresq; attritu lignorum ignem elicere:nā terebāt lignū ligno:& sic ignē cōcipiebāt attritu: excipiēte eum

Ignis — Pyrpolis — Pyr — Pyramis — pyra — pyromātia — pyricauta — Vulcanus — Ignis e silice

materia aridi fomitis fungi vel foliorum: optima est autem hedera quæ teratur lauro laurumq; terat: vt refert Seneca in primo quæstionum naturalium: quoniam non rara his spiramēta: neq; hiantes sunt & leues: quod si essent haberent ve vt de lapidibus etiā dicitur igem attritu non emitterēt vt ex Aphrodisęi probleumatis hausimus: commendatur nostra tempestate lapis ad ignem quem viuum ignarium & Ignigenium appellamus: Incussus ferra scintillam emittit: quam excipit vel fūgus aridus vel bābacina materia semiusta: hęc sulphuratis trahitur ad largiorē ignem suscitādū: qui multo tempore in ligno iuniperi cōseruaṫ: ita vt s̄r prunæ autoṙ Diuo Hieroiymo ex eius cinere fuerit optæ ad annū vsq; peruēiant: Validissimū est autē elemētū oīa couertēs in sui naturā: Vnde vniuersi futura est r̄solutio per ignis cōflagrationē: corpora tamē sunt aniālium quę igne nō absumūṫ vt Salamādra illū vt volunt inambulādo extinguēs: Et Aristoteles naturȓ solertissim⁹ indagator scriptū r̄liquit: In cypro ęraris officinis ī quib⁹ chalcites lapis ingest⁹ plurib⁹ diebus cremaṫ bestiolas ī medio igne nasci pēnatas paulo muscis grādib⁹ maiores p ignēq; salīr & ābulare Pyrales qdā: alii & recti⁹ ignigēas & Pyrotos ab igne vocarūt a quo dimotę ꝓtin⁹ emoriūṫ: Eūtē omniū rerū iniciū fuisse testat⁹ est Heraclit⁹: Thales vero aquā vt scribit Vitruui⁹: vñ Martianus. Ardebat Heraclitus: vdus Thales circūfusus Atomis: Democritus. Samius pythagoras cælestes quosdam numeros replicabat. Aristoteles per cæli quoq; culmina Enthelechiam scrupulosius requirebat. Epicurus vero mixtas rosas violis & cæteras apportabat illecebras voluptatum: ab igne fit ignitabulum vt Pompeins interpretatur ignis receptaculū.

Ignarius
Lapis qui viuus & ignigēius
Salamandra
Pyralis
Ignigēa
Pyrotos
ēthelchia
Ignitabulū

Focus a fouendo locus est in quo ignis fouetur & cenere seruatur: Ouidius At focus a flammis & q fouet omnia dictus: hinc foculus diminutiue qui etiam circunfertur a testa Testulæ triuialiter nomen adeptus: Aul. Gel. Tum illa foculū coram eo cum igni apposuit: & tris libros ex nouem deurit. Laribus autem sacer erat focus: thure & floribus ibi sacrificante rudi illa maiorum antiquitate: Vnde vernaculus sermo focum nunc foculare nominat quasi laris focum Ferramētaq; quib⁹ ligna sustentantur dum ardent in foco non inelegāter meo iudicio q̄dam Alaria dixerunt quasi ad larem parata

Focus
Foculus
Testula
Lares
ffoculare
Alaria

Caminus dictione latina sed triuiali structura erit quæ extra parietē porrecta vel ī ipō pariete ꝓducta fumū excipit Camin⁹

Infūibulū Fumariū

& acceptū emittit per spiramenta:quę supra regulas elata meridiem versus & septentrionē relinquenda sunt:ita fumus facilius erumpens loca nō denigrabit: a fumo infumibulū fumariū alii appellauere.vnde in interp̄tatione Herodoti hist.viii.legimus.Immeabat autē in ędes p fumarium sol:nisi potius (id quod est)notare voluerit locum vbi vina fumo condiebantur. Mar..Improba massilię quicquid fumaria cogūt. Accipit ętatem quisquis ab igne cadus:nam vina fumo præcocē trahunt maturi a:em & celerius verustescunt:vt scribit Columella.Ad de ꝙ satis cōstat antiquiores huiuscemodi structuram nō habuisse:sed parietibus Tubos immisisse per quos circūfunderetur calor:quo ima simul & summa fouerent ęqualiter:vt refert Seneca:xiiii.ad lucilium:quod sua memoria cœpisse testatur: At caminum proprie fornacē latine interpretamur. Sedulius: de tribus pueris in fornace.Flammis ardētis fidei extincta est flāma camini.Ligna vero ipsa quę ad ignē sicca habent amurca cōspersa nullius fumi redio ardere docēt.M Cato & Plini⁹. hęc a capna nūcupant:est em̄ fum⁹ grę ce Capnos: hinc gen⁹ quoddam mellis quod ad argētarias gignitur Acapnistū id ē a fumo purgatum:& capnos herba fumaria nascēs in segete hordeacea:quę lachrymas vt fumus ꝓuocat.De acapnis disticho lusit martialis in Xeniis:ligna a legēdo nomē acceperūt: qđ ea caduca legebantur in agro quib⁹ ad focū vterentur teste Varrone in libris de lingua latina:ad ignē cōseruandū nulla aptior materia:vnde est Salomonis prouerbiorū.xxvi.verissimū illđ adagiū:Cū defecerint ligna extinguet ignis & Susurrone sub tracto iurgia conquiescunt. Eorū ad culinā ministratorē calonē & ligniferū nominabimus.At accensum stipitē ligneum Torrem dicemus.Poeta ambustū torrem corineus ab ara corripit.Nonius Titionē. Apuleius Procurritad focū ardentēq; titionē gerens mediis inguinibus obtrudit:alii ita distingunt vt Torrē dicant ardētē.Titionē fumigātē & extinctū legimus apđ Vlpianū de legatis tertio.Cū lignis legatis qđ cōburēdi cā paratū est contineatur siue ad balnei calefactionē siue Dietarū hypocaustarū: siue ad caleē:sulphurata tn̄ de ligno Titiōes & alia ligna cocta nō cōtineri:Fomites qđē hoc est assulę & frustula ex arboribus cū cedūtur securib⁹ excussa cōtinebuntur.

Tubi

Fornax
Ligna
Acapna
Capnos
Acapnistum
Capnos
Herba
Ligna

Calo
lignifer
Torris
Titio

Fomites

Pruna

PRuna ignita est:Vergilius in moreto.Et cinis obductæ celabat lumina prunę:dctā vt scribūt Pōpei⁹ & Seruius

quasi perurens/Plinius in xiii.E palmis prunæ viuaces ignisq; lētus:carbo vero pruna fit extincta & rurs⁹ ex carbone pruna; cui tunc vim iesse majorē legim⁹/hic Salomonis puerbiorū. xxvi.dicit. Sicut carbōes ad prunas & ligna ad ignē sic homo iracund⁹ suscitat rixas:Carbo itē genus morbi diminutiue carbūcul⁹. Plinius in.xxvi.L.Paulo.Q u.Martio Censoribus primū in Italia carbūculum venisse annalibus con scriptū est:peculiare Narbonēsis prouinciæ malū:quo duo cōsulares obiere cōdentibus hæc nobis.Eodē anno Iuli⁹ Rufl⁹ & Qui.Licanius Bassus ille medicoꝝ inscitia:hic vero pollice leuæ man⁹ euulso acu a semet ipso tā paruo vulnere vt vix cerni posset:Itē in.xxxvi.Quin & carbūculum gen⁹ morbi quo duos cōsulares nuper apsūptos iudicauim⁹ querne⁹ carbo trit⁹ cum melle sanat. Seren⁹ horrēdus magis est perimit qui corpora carbo. Est & carbunculus viris morbus inde carbūculare dicit̄ quodā vredinis carbōe exusta:prunā Ouidi⁹ i fastis viuētem fauillam appellat/Serui⁹ fauillā igne desertā interp̄tat̄ apud Verg.illud Turbie fumātem piceo & cādente fauilla nā cādēs eo loco a cādore est nō a calore vt notat Aul⁹ Gelli⁹:hic Petrōius arbiter i satyris canā dixit fauillā.Extulit ora bustorū flammis & cana sparsa fauilla: Scitilla vero p̄prie est quæ esilice cū is ceditur ex silire solet:hinc poeta Ac primū silicis scintillā excudit achates Ouidi⁹ quarto Fastoꝝ.Pars quoq; cū saxis pastores saxa ferebāt scintillā subito prosiluisse ferunt Lucreti⁹ Ex vna scītilla incendia passim/cui adstipulatur illud Ecclsiastici.xi.ab scītilla vna auget̄ ignis:Erit igitur scītilla ignita:fauilla quodāmodo cinis a fouēdo dicta quasi fouilla ꝙ ignē foueat:siue poti⁹ quasi flauilla a colore:nā & Pacuui⁹ flauum dixit puluerē,vt Gellius testat̄.cinis aūt nihil est quā puluis iu quem materię vstæ redigūtur:Is etiam Lix vocatur:Plinius in.xxxvi.ad cōuulsa viscera aut cōtusa vt Varro autor est:ipis eni verbis eius vtar lix cinis inquit est foci inde enim cinis luxatis potus meditur:& licet uidere gladiatores cum deluserint hac iuuari potione:Illud mirum est quod idem refert libro.xi.& ipse experientia didici. Muscis i humore ex animatis si cinere condantur redire vitaā Significat & lix aquam cineri mixtam vt scribit Nonius:quod genus nunc lixiuium nominant. Columella libro rei rusticæ. xiii Sunt qui culmos fabæ exurant & ex eo quod cremauerint cinere lixiuium faciunt. Lixa vero aqua:Inde elixium aqua coctum & Lixe q aquam ministrāt autore Marcello.

Carbo
carbūcul⁹
carbūcul⁹
Fauilla
Cādens
Scitilla
Flauus
Cinis
Lix
Lixiuium.
Lixa
Elixm
Lixæ

Folles

FOlles instrumenta sunt qbus spiritu interueniente ignis suscitatur: Vergilius in .viii. Alii ventosis follibus auras accipiunt redduntq; his vtuntur ferrariæ argentariæq; officinæ: vtuntur & coqui sed paruulis ne opus sic ignem buccis insufflare: quod qui faciunt suffitores dicuntur. Primus Anacharsis scyta philosophus Folles ignis suscitatores inuenit vt refert Strabo libro .vii. Follis item pila dicitur lusoria spiritu tumefacta: de qua distichon lusit Mart. in Apophoretis. Ite procul iuuenes mitis mihi conuenit ętas: Folle decet pueros ludere folle senes: hanc pyctus primo monstrauit. Est a folle hypocoristicos folliculis: hinc Tranquillus scribit Augustum Cæsarem omissis exercitationibus cāpestribus ad pilam primo folliculumq; transisse: nec te moueat quod pilā nominarit & folliculum: nam apud veteres erat & pila paganica & trigonalis de quibus meminit epigrāmatarius poeta in Apophoretis.

Suffitores

Follis.

Folliculus

Sulphurata

SVlphurata fomenta sunt ad ignem excipiēdum sulphure in summo oblita: vnde nomen acceperunt Martialis. Hoc quod transtyberinus ambulator qui pallentia sulphurata fractis permutat vitreis. His eni permutātur vitrea vasa fracta etiam nostra ętate Iuuenalis de calice parasiti: & rupto poscentem sulphura vitro: venduntur autem in fasciculos allegata: & gregatim permutantur. Papinius in siluis. Quiq; cominutis p mutat vitreis gregale Sulphur: ipsum vero sulphur cui⁹ genera quattuor posuit Plinius nascitur in insulis ęolis inter Siciliā & Italiā. Sed nobilissimū in Melo isula vt idē scribit in .xxxv. In Italia quoq; inueniť Neapolitano campanoq; agro & in collibus p̄sertim/ qđ e cuniculis effossum igni pficiť. Hoc vnū scitu dignū est fumū sulphureū conducere ad pannos bombicinos p̄sertim dealbandos id qđ Apuleius in nono ostendit.

Batillum

BAtillum e ferro dr̄ quo prunas & cinerē e foco tollere solemus vt alio trāsferam⁹. Hora Prunæq; batillū: nam vt notat Porphi. oibus (qui poetam illū interpretati) sunt fidelior Aufidius luscus e scribarū genere in oppido fundis magistratum gerens ridiculis fuit Mœcenati & comitibus Brundusiū petentibus q; de balneis publicis Prunas sibi mediastinos/ qui balneatores ministri & curatores ędium atq; omnino serui/ ab iectiora officia exercentes vocantur domum afferre iubebat. Apitius coquus de Petasone: & armillam inquit illius candenti batillo ˈuris & melle contegis: Plinius de probanda erugine. Experimentum eius in batillo ferreo: nam quæ sincera est

mediastini

ſuum colorem retiet: quæ mixta atramẽto rubeſcit: vbi per ba tillum laminam ferream non eſſet fortaſſe abſurdũ intelligere Legimus in teſtamento veteri: Inter ignis receptacula nume- rari vncinos & batilla: Batillum item ruſtici noſtrates vocant ferreum ligneum ve inſtrumẽtũ: quo ad ſulcos elices foſſaſq; in agris faciendas vtuntur: Ad focũ etiam in ſupellectile For- mucales interdum habentur & licet proprie fabrorum ſint: nõ erit attamen abſonum Principes hoc verbo ſignare. Habentur & ſoli ferreæ furcillæ. Formucales Vncini Principes

Cocula vaſa ænea coctionib⁹ apta: vt autor eſt Põpeius alij exiſtimauerunt dici ligna minuta: quibus facile car- nes & pulmentaria coquũtur. At coctiuum olus & legumen quod cito & breui ebullitione coquitur: Aereis vaſis ſtannũ illinitur: ſaporemq; edulijs gratiorem reddit: cõpeſcit ærugi- nem: & (quod mirũ eſt) pondus nõ auget. Plinius. Album plũ- bum incoquitur æreis operibus galliarum inuento: ita vt vix diſcerni queat ab argẽto: eaq; Incoctilia vocãt ſed ex eo quoq; vaſcula ſtãnea dicta pducuntur Quibus ad cibaria plurifariã vtimur. Eſt autem ſtãnũ plumbum album: quod grece caſſite rum: Vaſorum ad coctiones alia prunis pedibus ſubpoſitis vel circũ aggeratis: vel vti apud barbaros fere omnes bulliunt alia catena ex anulis pluribus ferreis ad ignẽ pendẽtia contínẽtur vt flãma feruentes cibaria percoquant. Proprie autem catena venatici canes vincti tenentur vnde nomẽ: ſi Prophirioni cre- dimus: ſed largius ſumitur a ſcriptorib⁹: Seneca ad Lucilium vna eſt catena quæ nos alligatos tenet amor vitæ. Plinius in Panægyrico Traiani hoſtilibus armis captorũq; regũ catenis triũphũ graue: catenas ad cultum e collo anulis aureis pẽden- tes torques appellamus: vnde Torquati: olim inſignia ſtrenui bellatoris: & virtutis premia: At nunc paſſi ſine vllo delectu di tiores etiam Nebulones & fœmellę ignobiles quibus arriſit lippiẽs fortuna torques ex auro Induunt. Cocula Incoctilia Stanea Caſiterũ Catena Torques

Cucuma vas ad coquinam. Petronius arbiter in ſaty. In- cincta quadrato pallio Cucumam ingẽtẽ foco appoſuit & mox. Tum illa etiam carnis paululũ delibat: & dũ coęquale nataliũ ſuorum ſinciput in carnarium furca reponit: fracta eſt putris ſella quę ſtature altitudinem adiecerat: anũq; pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit: frangitur ergo ceruix cucu- mæ: ignẽq; ualeſcẽtem reſtinguit: ſimilis (vt opinor) erat teſtę quã Apiti⁹ & Martia. Cumanã noiant ex terra rubra a figulis teſta Cucuma Cucuma

rota formatam. Inuẽtum aũt fuit Dibutadis ex rubra terra vaſcula fingere: quę teſtaꝵ nomine ſignificamus. Vnde amphorę ſiue cadi: Metretę quadrantalia ve: & lucernę ex argilla etiam antiquitus cum fierẽt teſtę vocitatę: gręce teſtã mõ ceramion modo oſtracon dixere: hic oſtraciſmum exilii genus nos teſtularum exilium interprętamur.

Amphorę
Teſtæ
Ceramion
Oſtracon
Oſtraciſſimus
Cacabus

CAcabus vas eſt teſte Var. Quo tuceta carnes & pulmentaria coquuntur. Apitius capita porcoꝵ ſimul elixabis in cacabo nouo: ita vt aqua ad tertiam deferueat: Cõmendanť apud nos vt optimi e lapide cauato: quib⁹ etiã vſos veteres ſatis notum eſt. Plinius. xxxvi. i ſyphno lapis eſt qui cauatur tornaturq; in vaſa coquendis cibis vtilia: quod in Comẽſi italiæ lapide accedere ſcimus. Primus Heliogabalus cacabos argenteos habuit: vt ſcribit Lampridius. Antiochus quoq; vaſa ad vſum culinę argentea comparauit: hic eſt Antiochus qui clauos aureos crepidis ſubiecit: qui papiliones ſiue potius tabernacula & tentoria textilibus ſigillis adornata cõſtituit. Pulmẽta ipſa a pulte antiquiſſima nomẽ acceperũt. Plinius in. xviii. Pulte non pane longo tempore vixiſſe Romanos manifeſtum quoniam inde & pulmentaria hodieq; dicunť. M. Varro in libris de lingua latina: quod edebant cũ pulte ab ea pulmentum vt Plautus hinc pulmentarium dictum: Horatius. Tu pulmẽtaria quære ſudando. Apuleius porcoꝵ pulloꝵ piſcium & eiuſmodi pulmentoꝵ largiſſimas epulas: gręci Edeſmata: & Edeatrę inquit Feſtus qui pręſunt epulis regiis: At Tuceta non ſine carne cibaria. Fulgentius placiades cibos regios iterprętatur.

Papiliones
Pulmenta

Tuceta
Olla
Aula
Anlicoctia
Auxilla
Tripes
ferreum
Chytropodes
Caulæ



OLla ſiue aula vas figlinum orificio patente quo a pauperioribus maxime cibaria coquũť. Vnde Mart. Imbue plebeias cluſinis pultib⁹ ollas. Plau. in ãphytrione optio iure ifringatur aula cineris in caput. M. Cato in aulã idat & aquam puram coquatq;: hinc aulicoctia antiqui exta dicebant: quæ in ollis coquerentur id eſt elixa: & auxillam Ollam paruulã: vt autor eſt Pompeius: Ollam pedes habẽtem ſiue potius ferreum inſtrumentum. Tripes ſuper quod olla ad ignem vt ferueat habetur: gręca dictione Chytropodem appellauerunt. Aula item principum domus. Seneca notiſſima vox eſt eius qui in cultu regum conſenuerat cum quidam illum iterrogaret quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet ſenectutem iniurias inquit accipiendo & gratias ſæpe agẽdo. At caulæ ouium ſũt receptacula Martianus: Et matutina greges quatiũt in paſcua

caulas: a cauo cau'e dicte: antiquitus eni ante vsum tectorum oues in andris claudebant auctor festus

Caldariũ

AHenum ex ære ductili vas ꝓprie caldariũ notat: quo aq̃ bulliunt. hinc poeta. Littore ahena locant alii: vbi existimauit Serui⁹ Ahenum locatũ ad aquã calefactandã qua lauarentur. Nã heroicis tẽporibus carne non vescebantur elixa: sed tosta: vnde paulopost. Subiiciũt verubus prunas & viscera torrent. Paulus iuriscon. de fundo instructo scribit paulum inter ahenum qđ supra focũ pendet & cacabum differre. Nam hoc inquit pulmentariũ coquitur: in illo aqua ad potandũ calefit. Caldam eni vt diximus & frigidam antiqui cœnis adhibuere. Lebes quoq; vas ęneum erit ad vsus coquinæ: hinc Ipnolebetem Caldarium vas græci: quod nos miliarium vocamus: at ahenulum vas ex ære paruum.

Cacabus
Lebes
Miliariũ

VRnarium genus est mensæ quadratæ sic dictũ vt refert M. Var. ꝙ vrnas ibi potissimum habebãt in culina cum aqua positas: id nõnulli e ligno faciunt: quidã marmoreũ apđ nos plurimi lateritiũ extruunt foramine per qđ aqua effluat relicto: ac sup id escaria vasa epulis vncta p ancillas lixas ue calida lauantur nõ sine manipulis e iũco aspero vel scopulis elobis milii indici cõcinnatis vnde lauatrinã (quod ãtiqui domesticũ balneum) rectissime appellabimus. Præterea aquariũ & hypocoristicos aquariolũ quod & in cubiculis & in triclinîis cum dignitate & elegantia fabre politũ fieri potest ad vsus plurimos: vulgo nostrates Situlariũ a situla nominãt. Est & vrnariũ balnei vt iã dictum est: ab Vrna vase aquario quo vt nasiterna vt situla: per lixas ad culinã aqua ministratur. Hæc græce hydria cum hydor aquã latine notet. Vnde hydropisis morb⁹: hydromel aqua mulsa: Hydropotes aquę potor: vt totavita Cassius & Apollonius Tyaneus. Hydromãtia diuinatio per aquas: & hydraulica organa machynæ od aquã hauriendã Cresibio excogitate. Pelues vero q̃bus varia perluunt: eas gręci Lecanas vocant. Vnde Lecanomantia quæ peluibus fit diuinatio: sicut q̃ securibus Axinomantia quæ per specula Catoptromãtia: & ex vnguium inspectione Onycomãtia: quæ ludibria etiã nr̃æ fœmellæ & rusticulæ imprimis obseruant at Sciomãtia erit per vmbræ tm̃ euocationẽ: Necromantia non sine cadauere quas viri alioquin magnanimi pallentes vix peragunt.

Vrnarium
Manipuli.
e iunco.
Scopulæ.
Elobis.
Lauatrina
Aquariũ
aquariolũ
Situlariũ.
Vrna.
Nasiterna
Situla
Hydria
Hydropisis
Hydromel
Hydromãtia
Peluis

PEniculi quibus vasa tergere solent sic dicti: ꝙ despõgiarum gñe penichilo siue qđ de caudarum extremitate fie-

Peniculi
Penis.

bant/nam penis cauda est a pendendo. Peniculis etiam calcia=
mēta tergebātur autore Pompeio/vt nunc spongiis quę veteri
bus etiā ad mensas emaculandas seruiebant. Martialis. Hęc ti
Spongię bi forte datur: tergendis spongia mēsis Vtilis ex presso cū leuis
Spōgio imbre tumet. Vnde ab apitio spongiare dictum spongia exter=
Spōgiati gere: At nos panes ex melle aromatis citreisqꝫ malis prius con
ditis in speciem torti orbis cōcinnatos Spongiatos vocamus:
& Piperatos: quos modos ad gustula modo secundis mensis:
adhibemus.

Conchę CONchæ vasa ex ęre ligno vel argilla ad culinā parant cō
cauæ sunt & patulæ: quemadmodū pisciūt quorumdā
conchę a quarum similitudine appellatæ credūt: Plinius rur=
sus tūditur deinde lauat in cōchis: alio nomine alueos & alue=
Alnei olos dicem⁹: & pſertim in longum porrectos ligno excauato:
Alueoli vt monoxyla: ad lotiōem etiam pueroꝝ cum primum nati sūt
monoxyla adhibitos: vñ apud Iuliū Capitolinū legimus Cum in cęsarea=
excaldatio na fāilia paruuli i testudineis alueis lauarentur nato albino Ce
Puerilis ionium posthumū eius patrē munere testudinis piscatore cū:
Alueol⁹ omne accepto illam ad excaldationes puerilis dicasse: alueolus
alias est tabula lusoria fariaria etiā in qua fariam prius cū aqua
ad massā reducētes panem faciūt.

Guttus GVttus vas olearium. Horatius: Vilis cūpatera guttus cam
pana supellex: de eodem intellexit cum inquit: Cornu ip
se bilibri caulib⁹ instillat. Aulus Gellius puerum iubet taurus
oleū in ollam indere/erat is puer genere atticus festiuissim⁹ ęta
tis & gentis argutis scatens: guttum samium ore tenus impru=
dens inanem tanq̄ inesset oleum affert: conuertitqꝫ eum: & vt
solitum est circumegit per oēm partem ollæ manum: nullū in
Lechytus de ibat oleum/dicitur & lechytus/qua dictione vsus est diuus
Capsaces Hieronymus regum tertio hydria farinæ nō deficiet nec lechy
tus olei minuetur/eūdem & capsacem appellauit i epistola ad
Eustochiū: quo verbo vtit & ciprian⁹ lib. epistolarū. ii. Fidelia
farris nō deficiet & capsaces olei nō minuetur. de gutto balnea
rū supra ēit & vas sacrificiis aptū. Pli. xvi. Curi⁹ iurauit se exp̄
da nihil attigisse p̄ter guttum faginū quo sacrificaret.

Sartago SArtago vasculum patens: in quo adhibito oleo distillati
one vel butyro: carnes/offellæ/pulmenta: frictę/quę & f i
ctillæ/tomacula: & iecuscula omento si e suis iecore fuerint in
primis irretita frigūt/plini⁹ Therebītinā in sartagie referuēti.
Hiero. si tamē is est sexto machabeoꝝ/Iussit ignē admoueri &

adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: nos ſermone vernaculo patellã dicimus inter veterũ ſupellectilem etiã cõnumeratã verum ad alios vſus: nec talis qualem habemus fuerat: vt cõpluria alia apud antiquos. Iuuen. Vrceoli pelues ſartago patellæ: græce τηγανον ſartago λωπας patina dicitur. Eſt autẽ a patna vaſis genere per diminutionẽ. Terentius. Iamdudũ animus eſt in patinis. De patinarũ luxu multa Pli. Macrobius. & Suetonius proſequũtur. hinc eſt patinarius in patina cõdit⁹. Plautus. vel patinarium vel aſſum verſes quo pacto lubet. Sycoton vero hoc eſt ficatum Iecur aprugnũ aut Suillum vocãt: e ſue preſertim fico paſta: qđ mirati ſunt veteres queadmodũ & nõ ſine farre pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Vñ ficato nomen. Patina Patinarius Sycoton Ficatum

TEſtus ſub quo teſtutia. Spiræ. Saluiata ex ouo lacte ſaluia polline ſaccaro: ſcriblitæ: muſtacea in nuptiis: & placentæ coquunt. Eſt autẽ teſtuatiũ condimentũ ex variis eſculẽtis a teſtu ſub quo calido coquit vt ſcribit. M. Varro in libris linguæ latinæ. id autẽ vas ex ætate patens qđ teſtuatia cõtinet & prunis ſuppoſitis percoquit Solũ noſtri Parmenſes appellãt nam ſolum quicqđ ſuſtinet. Mart. de ſoleis calceorũ Intelligẽs Pictorũ ſola baſiate regum. Verg: de pelago. Subtrahiturq; ſolum quicquid ſuſtinet: quin & panicias menſas ſolũ vocauit in vii. ænei. Et cereale ſolũ pomis agreſtibus augent: eſt tamẽ proprie terra: autore Pompeio: nõnulli teſtiũ clybanũ dici poſſe a nobis exiſtimauerunt: cũ clybanus etiã furnum notet: citãt in hoc Plinium de lino in. xix. ſic ſcribentẽ: corticeſq; decuſſi clybanis & furnis prębent vſum: vnde panis qui a nobis teſtace⁹: a græcis clybanitis dicitur. Teſtus. Saluiata Muſtacea Teſtuatiũ. Solum. Clybanus. clybanitis

CRatis cui⁹ diminutiuũ eſt craticula ad ofellas porcinas carneſq; piſciũ imprimis apud nos aſſandas e ferro cancellata paratur: & prunis imponitur hinc Iuue. ſic Si terga ſuis rara pendẽtia crate. Mar. in apophoretis. parua tibi curua craticula ſudat ofella: Spumeus in longa cuſpide fumet aper. Offa nãq; fruſtum eſt carneũ: vnde eſt: Et patruo ſimileſeffunderet offas. Verg. Melle ſoporatã & medicatis frugibus offa &. M. Cato ſæpe inquit audiui multa inter os & offã interuenire poſſe quod vetus eſt adagium: idem ſignificans quod græcus ille παροιμιώδης hoc ẽ puerbio trit⁹ verſ⁹. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. i. mľta cadũt iter cali cẽſupmaq; labra: mcnẽs de craſtino nõ eẽ ſperãdũ. Vñ & nos quodã epigrãmate. Plurima ſæpe cadunt inter labra vltima & Cratis Craticula Offa

Offa
Iuisaluta
Caseata
Ofella
Porcina
Vitulina
Veru

Offam dicemus quoq; cibariū ex frustis panis in iure pingui: caseo vetere: pipere. & cinamomo cōditis: quam non inelegan/ter iuisulatam & caseatam nuncupabim⁹: at offulā & ofellam per diminutiōem frustulum: eritq; porcina aporco: quam in sartagine craticula & prunis coquimus: vitulina a vitulo quā prę cæteris ad ignem verub⁹ versantes ad escā param⁹: Pulpulas & pulpellas nunc popinę appellant.

Eru cuspis est ferreaqua carnes ad ignem torere solemus Vergi. Piguaq; in verubus torebimus exta colurnis: Seneca: gracilīq; trāsiecto veru mugire fibras vidi. Et Petronius: veru extis stridentibus plenum: hic telum ad eius similitudinē factum veru etiam nominarunt. Andinus vates: & tereri pugnant mucrone veruq; sabello: vnde. Veruta hastulæ q͂ verua habent præfixa: a uersando autem nomen accepit: vt notat. M Varro nam ad ignem iugiter versatur: Scribit Plutarchus thebanos publica impensa tumulasse Epaminundam q͂ in mortu ædibus propter paupertatem nihil præter veru ferreum fuisset inuentū: id quod etiā repetit Frontinus.

Veruta

Tudicula
Cohcleare
Maiors
cochlearia

Tvdicula a tondendo licet alias significet stilum quo vasis signa inprimimus: cochleare maius dici potest: quo vtuntur coqui & ancillulæ ad cump. ura cōdimenta paranda: De cochlearib⁹ ad mensam supra dictū est: quæ & minora sūt & ex orichalco argentoue vt plurimum cuduntur e ligno quoq; cauantur ad mensas & vsus rusticorum ac tenuioris census hominum in oppida etiam degentium: Vtunt & coqui cochlearibus maiusculis e ligno vel ære aut ferro ad carnes iuscula & pulmentaria e cacabo ex trahenda & in lancibus vel scutelulis ponenda: vt ad mensam portentur: ecclesiastici scriptores ad id/instrumenta nunc fuscinullas nunc creagras appellare vidētur/de Tudicula Cato in re rustica Igni inquit bene coquito Tudicula agitato crebro vsq; adeo dum fiat tam crassum quā mel.

Fuscinulæ
Creagrę

Pyxis

Pyxis vasculum in primis e buxo/nam erit etiam ex quali bet materia/vt Quintilianus ostendit. Neoterici bussolā vocitant/quia πύξος græce latine buxus/Apuleius de asino/aureo libro tertio/arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Pyxis & hypocoristicos pyxidula Pyxidecula ve in domo pluribus seruiens culinæ danda est ad aromata/quib⁹ i pulmētariis vtimur/ex argento quoq; cęlata diuitū mēsis cum pipere croco & cinamomo infertur.

Pyxidula

CVlter e ferro cuditur & cotib⁹ paratur ad vsus coquina- Culter
rios. Apuleius de coquo: destinatæ etiã lanienæ cultros
acuebat: cultro popinario interemptus est in seditiõe pater Li- Popina
curgi legũ latoris apud Lacedemonios: vt scribit Plutar. Idem rius
sacrificus adhibebat. Silius. Centũ cadat hostia cultris. Vnde Culter ad
cultrarii victimarii qui & Popę victimarꝫ imolatores: & cultro sacrificia
carnes lanii vendẽtes diuidũt. Præterea cultro venatores vtũt Cultrarii
hic venatorius dictus de quo. Mart. Si deiecta gemes lõgo ve Lanii
nabula rostro. Hic breuis in grandẽ cominus ibit aprũ. Et Sue Venato
tonius scribit in Augusto: In cubiculũ eius lixam noctu inuen rius
tum fuisse cultro venatorio cinctũ: & in Caligula. Repti iquit Popæ
& equestris ordinis duo in publico cũ dolone & venatorio cul
tro præstolantes: est & tonsorius culter qui nouacula. Nouacula

TYrocnestis ferreum instrumentum ad coquinã quo aspe Tyrocne
rose foraminato caseus minutim disteritur: vsus eius ad stis
alia permulta disterenda: quib⁹ coqui in pulmentariis & testua
ciis vtuntur. Tyros græce latine caseus appellatur. Tyros

MOrtarium vas lapideũ est siue æreũ ex ære in primis cy- Mortariũ
prio quod cupreũ vulgo: in quo tundũt teruntue pistillo
vt autor est Nonius: q̃ resoluẽda sunt. Plinius in .xxxiii. Aeris
mortariis pistilloqꝫ trito minio ex aceto. Plautus in aulularia.
Cultrum securim pistillum mortarium quę vtenda vasa semp
vicini rogant. In mortario coquinario ex diuersis rebus simul
tritis moreta quę in tinctũ embãmata: nã εμβαπτω intin- Moreta
go: intrita: intrimẽta & protrimẽta: varii saporis & coloris plu- Intincta
rifariam condiunt: veluti a Pipere Piperatũ albũ & subruffum Embãma
Sinapium a sinapi: Alliatum ab allio: & quo p æstates vtimur Intrita
ab Omphacio õphacinũ. Pistillũ ipm e ferro vel ligno erit: quo piperatũ
herbas Piper Alliũ iuglandes: & id genus pluria coqui & ancil Sinapiũ
læ terere solent ad condimẽta: Vergilius in moreto. Alliatum
Dextera pistillo primum fragantia mollit Omphaci
Allia tunc pariter mixto terit omnia succo. num
Pila itẽ in qua aliquid cuditur. Plini. de auro: quod ad pilas cu pistillum
dunt apilascudem vocant: item tonditur in pila deĩde tenui cri Pila
bro secernitur: postea molitur ac deinde tenuius sic cribratur. Molę

MOlæ dicũt quod his veluti quadã mole res minutatim Moletrina
frangãtur: precipuus est earum vsus in moletrina quod Pistrinum
pristrinum ãtiqui: triuiales nũc molẽdinũ: ab Asinis asinarię a Asinarię
maiorib⁹ dictæ. Molis vtunt & pluriæ officinæ coqui etiam Molę
ad intictus faciẽdos: hę minores sũt: quas a manu manuarias Manuarię

Trusatiles
Amylum
Chiromylos
Myloecon
Catillus
Meta
Furnus

a trudendo trusatiles appellamus. Volsinæ vt volunt prio inuẽtus: alii molam quod grece mylos: vnde Amylum sine mola factum ex tritico in insula Chio prio inuentũ: & chiromylos mola manualis: Myloecon quoq; blattæ genus dicit: Pli. quia molarum fere sit incola. Catillum superiorẽ metã iferiorem postq̃ sua cuiq; necessariũ est dare nomina vocitabimus: autore Paulo iureconsulto. Ego vero potius metã superiorẽ catillum inferiorem dixerim. Sed iã in coquina satis mansitauimus: in qua furnũ etiã esse faciẽdũ multi voluere: & ad panẽ coquendũ & ad carnes sępicule assandas. Tutius tñ erit me architecto propter ignis periculũ extra ædes quæ magno ædificant iliũ hr̃e.

Exenile
Lignile
Prefurniũ
pistores

In domũcula igitur nec quidẽ cõtigua sed vicina furnus (vt fœnilia quoq; & lignilia (commode ponẽdus veniet. A furuo aũt quod est atro: teste Põpeio: nomẽ accepit: cui⁹ os patẽs prefurniũ qnidã nominauere. Antiqni fornacẽ in pistrinis habebant farinariis: & pistores dixerũt qui frumẽta pinsebãt: & qui panẽ faciebãt: nũc pistrinarii. Mart. de Cipero pistore. Et panẽ facis & facis farinam. Hi vt scribit Pli. in. xviii. Nõ fuerũt Romæ ad psicũ vsq; bellũ ãnis ab vrbe cõdita quingẽtis octuoginta. Ipsi

panificę
panificiũ
Clybanus
Testus
Infurnibulum
Palla
Rutabulũ
Hecta
Rutrum

quirites panẽ faciebãt: mulierũq; id opus erat: q̃ ide panificę dicuntur: vt factura panificiũ: furnus a grecis Clybanus q & Testus dicit. Hiero. Oẽs adulterãtes q̃si Clybanus succẽsus a coquente ad cui⁹ vsũ Infurnibulũ ipe Pallã dixeri qua panes in furno disponũt: nã Rutabulũ est a proruẽdo igne vt panes coquãtur: in qb⁹ adsurgit interdũ pustula hectæ nomẽ adepta: a qua accipit res nullius precii: cũ dicimus nõ hectæ te facio: autor Põpeius. Sed vide an Rutabulũ sit potius a Rutro istrumẽto quo aliquid eruimus & extrahimus. Coquinæ vero Gynœcium vt stati subiũgerẽ me iuitauit panificii mẽtio: qđ mulierꝝ (vt diximus) opus fuerat: veluti nũc quoq; apđ nos & cæteros

Misogynœia

quib⁹ nõ sunt frequẽtes Pistrinarii: Hic igit Gynœphili in illđ iã patescẽs ĩtroeamus quod pfugiũt Ii q Misogyneian hoc est odiũ in mulieres exercẽt: quale i Euripide & Orpheo post amissam Euridicen fuisse memoriæ proditum est.

GYNOECIVM CAPVT .V.

Gynœciũ
Gynœconitis



Ynœcium locus est in ædibus solis mulieribus ad habitandum datus. Plautus in mostellaria. Dare volt vxorem filio quantum potest ad eam rem facere volt nouum Gynœcium: dicitur & Gynœconitis. Aemilius Probus in prohœmio operis.

Materfamilias apud romanos primum locum tenet ędium'at q̧ iu celebritate versatur: quod multo aliter fit in græcia: nam neq̧ in cõuiuium adhibetur nisi ꝓpinquorum: nec sedet nisi in iteriore parte ædium: quę Gynœconitis appellatur: fit autẽ ob Oeco quod est habito. Vñ Oecos domus dicitur: hic Oecono= m⁹ administrator rei familiaris: Oeconomia administratio rei Oeco domesticæ. Synœcus cohabitator: & Gyni g ynœcos mulier Oecos est Andronitis autem est virorum. Vñ alexander molossus di= Oecono cere vt ferũt solitus est se in Androniti Alexandrũ macedonẽ i mus gynœconitin profectũ: cnm ille aduers⁹ Italos gentẽ bellico= Oeconõia sissimam hic i Persas & barbaros imbelles exercitũ duxisset. Vi Gyni truui⁹ in sexto: Andronites dicuntur q̧ in his viri sine itei pella Synœcus tionibus mulierum versãtur. Andros enim græce virũ notat. Andrõitis hic Androgynus qui Hermaphrodit⁹ ex viro & fœmia vt scri- Andros bit Plinius de quo Pulex poeta elegãter. Androgy nus

Cũ mea me genitrix grauida gestaret i aluo Herma
Quid pareret fertur cõsuluisse deos: phroditus
Mas est phœbus ait: Mars fœmina: Iunoq̧ neutrum:
Cumq̧ forem natus hermaphroditus eram.
Quærẽti fatũ Iuno hic ait occidet armis:
Mars cruce: Phœbus aquis: sors sua quæq̧ tulit:
Arbor obũbrat aquas: ascẽdo: dedicit ensis
Quem tulerã: casu labor & ipse super:
Pes hæsit ramis: caput incidit amne: tuliq̧
Fœmina: vir: neutrũ: flumina: tela: crucem:

SPeculum imagines reddit: eo presertí vtunť fœmię pluri Speculum mum temporis cuius apud illas minima creditur iactura purpuriss⁹ conterentes: dum purpurisso ruborem genarum & labiorũ: ce= Cerussa russa candorem colli papillularũ & oris mẽtientes: Dum teta Tetano nothris in facie cutẽ erugantes: dum volsellis Psillothroq̧ pi= thra los vellentes: dum crinem adulterinis coloribus vt inquit Cy= Volsellæ prian⁹ mutãtes dum reticula aurata comis illis quas etiam inso psillothrũ lare hoc est ad solem dealbare consueuerunt implentes: dum caput gemmis radantibus ornãtes: & margaritis translucenti bus venustantes/dum vestes componentes ne rugas indecen= ter emittant: & mundo placere & laudari student/Cum non tã= tum vestimentorum nitor/cõcinnitas/& auri magnidudo/gẽ= mosaq̧ mõilia valeãt ad mulieris laudẽ quãtũ modestia i reb⁹

& boni mores:vt Aristoteles Oeconomicorũ secundo verissime & catholice scriptũ reliquit. Facetissime dixit Plaut⁹ i mostellaria formosæ mulieri nil esse opus Speculo cũ ipsa speculo speculũ sit maximũ:vtunť & pectine dẽtato ad comã explicãdam:& auriscalpio dẽtiscalpioq; de quib⁹ ĩfra dicem⁹:calamistro quoq; cuspide ferrea:quã ĩ cinericiis prunis calefacta p cinifiones q̃ cinerarii:Antias ĩ primis crines afrõte pendulos Caproneasue anteuẽtulos:crispãt ad decorẽ: & discerniculo quo ãte frontẽ capill⁹ ad discremen diuiditur:Acu etiã criali ad comas tortas cincinos & rẽticula bõbicina cõtinẽda in lege & statiõe:& qua caput scalpũt cina sola:sapone gallorũ ĩuẽto:mattiacisue pilis odoratis:& lixiuio ad rutilãdos capillos. Innumerabiles p̃terea resculæ sũt de quib⁹ scribere diffusius supersedi. adde q̃ velle omnia rẽcẽsere quę matronaꝶ mollis ornat⁹:quæ luxuriosus cult⁹ exposcit lõgũ eẽt & supuacuũ multa ad ornatũ. plurima ad oris decorẽ pertinẽt. hui⁹ gratia gumi. cerussa quã Strabõe autore Troglodytaꝶ fœminę sibi diligẽter inducũt:Melinũ:Stibiũ :Purpuriss⁹:Lomẽtũ : fucus:alumen:lac asininũ: Smegmata: Dentifricia: psilothrum: dropax:Tetanothra Vosellæ:calliblephaꝶ:cosmotica ad capillos venustãdos & cõpluria alia paranť pigmenta:Illius vero causa:Gemmæ interdum aureis vmbilicis ad ornatum capitis pectoris & brachiorum compræhensæ:Margaritæ quæ & baccæ:vnde monile baccatũ vniones/elenci/crotalia/coralium: succina/ esopa:murenulę/spirulę/monilia/strophia/castulæ quę Perizonia & precinctoria:Inaures/stalagmium:reticula:mitellę:Capital. Calãtica. redimicula. fasciolę/galericuli/Calyptræ/Plagulę orbiculares cancellatæ:frontalia/ dextrocheria/torques brachialis/anuli gemmosi/Vestes bombicinæ argento auro diuisę/periscelis armillę galbea spinter/Leria/spatalia/semicinctia quę & ventralia auro fimbriata. soculi. crepitulæ suberatę gemmis interdum variegatę matronam dimidia maiorẽ referentes. & id genus plurima coemũtur. Adeo vt quicquid mundus muliebris vocabatur sarcinę viriles sint/minus dico/etiam vt inquit Seneca militares. & ita quid addant ad cultum non habent amplius nec excogitare possunt fœminę/nisi vestium crebras & prope quotidianas ex forma specieq; mutationes/quales hodie induunt etiam in prostibulis Diobolaribus damnandas / quibus in summo patentibus fit vt expapillato pectore ne adulteris q̃dem plus sui in cubiculo quã in publico ostẽdãt: hic ad rẽliqua

cinifiones
pui
Cinerarii
ãtię discerniculũ
crialisacus
cincini
cinasona
Sapo
mattiacę
Pilę
Cerussa
Baccę
Castulę
Sẽicictia
Suberatę
Crepidulę
Mũdus muliebris
Lanificiũ.

quibus vtilius & sibi & maritis operantur transeamus: dicturi primo de lanificio quod castas matronas impensius decet: Vnde. T. Liuius & Ouidius vt pudicam ostēderent inuentā scripsere Lucretiam a viro Collatino iuuenibusq; Tarquinijs inter lucubrantes ancellas lana oprantem: & Diuus Hieronym⁹ instituēs Virginem Demetriadē: habeto inquit lanā semper in manibus vel staminis pollice fila deducito.

Colus.

Colus pensa continet e quibus fuso fila ducūtur in cuius ima parte apponunt vt facilius & melius nere possint id quod pertusū rotundū per quādam similitudinē Spondylum dicemus & fere ab effectu Verticillum: Plinius de Electro in syria quoq; fœminas verticillos ide facere: & vocare Harpaga quia folia paleas vestiūq; fibras rapit: Fusū Closter aragne fili⁹ ipsa vero linum inuenit. hūc pollice infami & idice digitis versando nētes fila deducūt: Nent etiā ad tramā lanitiū fœmelle machinulam quādam versantes quā Rhombū nonin elegāter appellabim⁹: Vnde Properti⁹ de Rhumbo magico: Staminea rhūbi ducitur ille rota: Sed meo periculo etiam Verticulū hoc nomine significabis a specie rhombi militaris: quo versatili vtuntur ad fila in glomera presertim digerenda: Pensa a pēdēdo significant lanæ liniue manipulos quos nōdum neuit manus super colum corpulentam extēsos vel extendendos: Ouidius Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant. Fila quoq; denotant: Verg. de textrice: Excussi manibus radij reuolutaq; pensa satis constat Hamis ferreis prius pectenda & ad stamen interdum: & fere semper ad Tramam: Per linū autē intellige & genus illud candidissimū ex ægypto quo nostræ mulieres Parmēses præ cæteris ad colum impēdio delectāt & plurimum inde lucrifaciunt. Cottonum nonnulli & Carbasum per cōiecturam vacant. Bambacium vulgares. In docti bombicem. litterati Xylon siue gossipion. hinc gossipinæ & Xylinæ vestes olim ægipti sacerdotibus gratissimæ Pēsa ipa quasilis continentur quæ a qualis per diminutionem Calathi etiam græce dicti sunt. Romani veteres quasillū Thalasionē eppellarūt vt scribit Varro vñ Thalasij nomē in nuptijs freqnta bant ad lanificium nouas nuptas inuitantes: vt referunt Pompeius & Plutarchus in probleumatibus. huic accedit q̄ nubētes virgines comitabat̄ colus lana compta & fusus cū stamine.

Spondylus
Varticilus
Fusus
Rhumbus
Pensa
Hami
Cottonū
Carbasus
Bābacium
Bombix
Xylon
Gossipiō
Quasili
Quali
Calathī
Thalasio
Thalasius

Acus Phrygio

ACus ad suendum parantur & oroandum vt notat Pōpeius. hæ in sūmo pilulā habent: illæ foramē: quibus vtūt sutrinæ officinę & phrygiones qui acu pingūt a phrygibus in uentoribus dicti: nostri ex re acu pictores vocitant. Acum ipsam licium: filum duplex trahētē quod Refū impellunt anulo punctato. quem medio addentes digito digitale nuncupant: alias digitorum est tegmentū Vtuntur & forficibus ad pānos secandos vt in vestes componant sarcinatrices quod pallas prima docuit & domi ad plurima matronæ vt videmus: sed hæ verius diminutiue forficulæ dicentur. Forcipe autem a Cynira primo inuenta forma idest calida fabri ferarij versare consueuerūt: Vnde formidus Catoni calidus auctore festo: at Forpex quæ rectius forpicula: cum paruula sit ad capillos tonsoribus datur: Texēdi vero artem ad quam pertinent Tibicines Liciatoria. Radij pecties. Glomera quæ inuolucra: Pānus: Forago: stamen Trama: Subtegmen: Verticuli & complura alia consulto pretermittimus. Raræ imo nullę diuites matrone: Illustres regine quibus solis Gynœcia ponuntur textrices inuētæ: nisi interdum relaxādi animi gratia ad Zonulas: reticula & alia nugamenta. Cum in hoc ægyptiorum siue Palladis vt est apud Platonem inuento sese exerceant pauperculæ mulieres: quæ in gurgustiolis noctes diesq; radio & pectine victū quę ritant. Mihi preterea animus est de artificibus eorūq; instrumentis opus incœptum ad vmbilicum adducere in quo diligens lector & curiosus rimator & scrupulosus indagator compluria inuenies quæ nunc forsitan hic: & alibi inter legendum non addita culpabis. Ipsorum autem artificum & eorum pręcipue qui fœmellis aut seruiunt aut perplacent visum est (ne quod diximus vanissimum crederis) hęc paucula nomina subnectere: Aurifices: Argētarij: Bractearij Gēmarij: Celatores. Scalptores. Fictores. Lanarij. Sericarij. Linteones. Textores. Polymitarij: Fullones. Infectores. Lanifici. Carminatores. Pannicularij. Pelliones. Sarcinatores Patagiarij. Limbularij. Phrygiones. Reticularii. Zonarii. Sutores. Calceolarii. Crepidarii Vitrearii. Tornatores. Cupedinarii. Institores. Circitores: Nugiuendi. & Prestigiatores inter artifices tamen non numerandi qui interiecto velo supra id ipsū minutas quasdā nobis ostētāt imagūculas: quasi puppas loquaces ac ōnimodas gesticularices rixantes inter se concursantesq; per ludicrum vt

Acupictores
digitale
Forfex
Forficula
Forceps
Formum
Forpex
Forpicula
Glomera
Texndi Ars
Deartificibus opus

quotidie videmus. Sed preterq; Geomantes chyromãtes Metoposcopi Sortilegi Diuini & somniatores: coniectores ve: qui vt plurimum Thesauros indicant & Mydæ Grassi Luculli Pelopisq; diuitias his pollicentur a quibus tñ ipsi vix palliolo tenus diuites/obolos petunt.

CVnabula gynœcio iure danda sunt ad infantium lactentium quietem & educatiõem: quam præstare debẽt mulieres omnes etiam si erginæ fuerit lacte suo proprios filios nutriendo: vt sint integræ matres: vt eorum magis dilectrices: Vt liberi quoq; ipsarum maiore desiderio & pietate teneantur: Infantis nanq; aliorsum ex oculis illa amolitio vigorem maternæ flagrantię sensim atq; paulatim extinguit: ipse vero affectione erga solam nutricem occupatur: Ac propterea quicũq; ita nutritus matrem videtur: amore non naturali sed ciuili & inopinabili diligere existimatur. Adde quod non frustra creditum est ad fingendas animi corporisq; similitudines lac quẽadmodum & semen plurimum conferre: Cauendum igitur est ad lactandum ingenuum bene ingeniatis primordiis quæ adhibet ne serua sit: aut seruilis: & vt plerumq; assolet externæ aut rusticanæ nationis: ne informis: ne inpudica: quod pręsertim in fœmella obseruandum est: ne deniq; temulẽta vt refert Aulus Gellius in noctibus atticis: Si lacte ouium alti hęduli pilo teneriore: & si caprarum agni lana duriore vestiuntur: qd boni vel mali existimas lac nutricium puerperiis aluturum: Quæ non potest igitur lactis iopia bonis moribus & ciuilibus præditã nutricem ad lactandum filinm conducat: quem vagientem flentemue cunarum motu/crepitaculis: puppis/cantu: & si: ętas requiret munusculis demulcebit: Quę potest ipsa lac prębeat: ipsa vbera distenta admoueat nõ.n. fœminis natura quę nihil vnquam frustra mammas quasi quosdã venustiores neruulos ornandi pectoris causa/sed liberorum alendorum gratia hinc ide affixit/e quibus papilla per quam lac transmissum educitur Admonendi obiter sunt parentes/vt die Lustrico liberis suis i Baptismo nomem generosum imponant ad hominis dignitatem non nihil adiiciens: qualia sunt Valerius: Saluius/ Fulgentius: Cato: Prudentins/Timotheus honor dei: Charisius gratiosus Theodorus dei donum/Athanasius imortalis/Chrysostomus os aureum: Polydorus multi muneris: Euthicus Fortunatus & Faustus: Macarius beatus: Macrobius longæuus: Pam=

[Margin notes: Cunabula — de nutrice digna — Lac nutricium — Mammę Fœminis Papilla — Euthicus]

Faustus: Macarius beatus: Macrobius lōgæuus: Pamphil⁹ totus amans/prolomæus pugnator/ Theophrastus diuia eloquētia: Dorothea dei munere data: Glyceriū dulcis amor: Agatha bona/ Camilla Ingenua: Polyxena multū admirāda vel hospitalis: Adde ꝙ intedū diuinare est nomē inponere: quod sit morum atq; fortunæ indiciū: Caueant præterea: ne pueri cum trimatū excesserit imodice cibis &: quiete vtant̄: Nam pueros impuberes compertum est si plurimo vt ille inquit cibo nimioq; somno vterētur hebetiores fieri atq; hinc elici tarditamen. ac/

Cunabula — eorū corpora iprocera fieri: minusq; adolescere: Cunabula au=
Cunæ — tem cunas & lectulos appellam⁹: vbi in crepundiis hoc est lin=
Crepūdia — teolis vestib⁹ bullis fasciolis & id gen⁹ cæterꝫ puellos nutricare
puerperæ — cōsueuerūt: Plinius in. xi. Semestris locutus est Croesi filius in
puerperiū — Crepūdiis/quo prodigio totū id cōcidit regnū. Fœminas ve=

ro ipsas ex partu recētes puerperas teste proculo iureconsulto nūcupam⁹/& quod enixę fuerint puerperiū/ At mulier quæ in secūdis deducēdis: in cōuersione vuluæ & reliquis: puerperæ operā auxiliatricē prçstat/ vel certe puerperiis/ne laxatis vteri

Obstetrix — genitalalib⁹ claustris in terrā defluant. obstetrix dicitur: nā ser=
Ancilla — uiens domi ancilla: ad ornatū donię Cosmeta nominat̄. Vt li=
Cosmeta — brarias: Gerulas/nutrices: vestispicas internūtias quæ mediatri
Librariæ — ces/omittant: seruos etiā paternos: alumnos: formosos asseclas
Gerulæ — ꝓcurarores calamistratos: & in lōgam securamq; libidinem ex
Nutrices — sectos spadones (sub quibus nominibus vt inquit Hieronymus
vestispicę — adulteri delitescūt. Ita vt sæpius maritoꝝ quantula sit portio:
Internūtię — Hoc solum pro affectatę breuitatis necessitate sufficiat. O nos
Onos — fælices si sine vxoribus esse possemus. Sed non nisi fœliciores
fœlices — ꝗbus cōtigit pudica dulcis prudēsq; Lori gēialis socia & cōiu=

ga: qualē. L. amabiliā me adeptū Deo maximo optumoq; optumoꝝ opitulatori grauissimas ago: gratias: quā id horæ cubiculum ītrātem nō possū non sequi: & ipsū mox cubiculū ꝓseq

CVBICVLVM CAPVT VI.

Cumba
Cubilia

Cubiculum quod a cumba quam lecticam sabini vacabāt deductum videtur autore Ponpeio antiqui a cubādo locum dixere vt scribit Var. Vbi stractis cubilibus id est lectis cubabant: Seneca ad Lucilliū. Quid prosunt multa cubiculat in vno iacetis /iuxta quam sententiam ipse vno contentus ad excusationē hęc adiiciā ꝗ ml'ta vult cubicl'a ꝗ pl'es cœnatiōes ꝗ

culinas & cætera ponat vt lubet:ſingulo℞ hēbit archetypon. Neoterici dormitorium/cubiculum/camerā appellanť:qua dictione etiā vſi ſunt veteres ſed in alio ſignificatu:nam cameræ tecta ſunt deuexa & incurua vt teſtanť Seruius & Marcellus. Hinc cōcamerare. Papinius in ſiluis. Effulgēt cameræ vario faſtigia vitro:in ſpecies animoſq; nitēt:nā vitr℞ cameris addi cœptum ſcribit Plinius:& Seneca ad Luciliū xiii. Niſi vitro īquit abſcondiť camera. Fiūt aūt per teſtudinē q̄ in ædificiis dicitur ſolariū deuexum a forma teſtudinis aquaticæ vt autor eſt Nonius: Vergilius. In foribus diuæ media teſtudine tēpli:nōnulli fornicē dixere a Democrito vt volūt excogitatū. Hic fornicari eſt aſſumere ſpeciē fornicis.i.curuaturæ. Plinius in xvi. Populus cōtra oīa īferiora pandať:palma e cōtrario fornicať: fornicē alias lupanar vocamus a fornicib⁹ & criptis in quib⁹ ꝓſtabāt meretrices:Hic fornicariæ: & fornicari meretricari ē ſoluto cū ſoluta coeunte:vt diſtingūt Theologi. At viri & vxoris ad dormitionē locus græca dictiōe Thalamus nuncupať. Inde Epithalamiū ſacer hymnus ī nuptiis:quale Apollo primus cecinit cū Thetis Peleo nupſit. A cubiculo vero cubicularis veſtis: & cubicularii quos ad miniſteriū cubiculi hr̄e preſerti pricipes cōſueuere. Vitruuius coetē thalamū vocat vnde procoetion antithalamum dicemus:vt apud Pliniū in epiſtolis:niſi legendū ſit potius proceſtrium vt notauimus.

LEctus in quo cubantes quietem capimus:vel a collectis herbis:vt ātiqui factitarūt:vñ & torus:vel potius ꝙ fatigatos labore diurno mortales ad ſe alliciat:autore Pōpeio. Fulcri quoq; nomē ſortiť. Seruius. Fulcra ſummas lecto℞ partes interpretatus eſt apud Verg. illud. Fulgēt genialib⁹ altis aurea fulcra toris. Ipſe vero exiſtimaueri fulcra: vel ipſā ſtructurā: vel ſpōdas toralis ſtructure ſignificare: a quib⁹ faſciæ q̄ lora apud maiores ducebanť:veluti nūc apud nos aſſerculi ligna quadrata:tabellis ingeſtis/culcitras/lintea/& reliqua lecti ſtragula ſuſtinere ſolent:cum fulcire ſit ſuſtinere. Aulus Gellius de flamine loquens. Neq; apud eius lecti fulcrum capſam eſſe cum ſtrue aut ferro oportet. Suetonius in Claudio. Adhibebant omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris puelliſq; nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. Non improbandam tamen cenſeo illorum opinionem qui fulcra lecti pedes dixerunt:hi græce Clinopodia. nam clini lectus & Clinidion lectulus. Clinopalen Domitianus coitus frequentiam &

Dormitorium
cubiculū
Camera
Cōcamerare
Teſtudo
Fornices
Fornicariæ
Fornicari
Thalamus
Epithalamium
Cubicularii
Procoetiō
Antithalamus
Lectus
Torus
Fulcrum
Spondæ
Lora
Clinopodia
Clinopale

Lectistrator assiduitatem vocabat: velut lecti palestram: a lecto lectistrator erit lecti concinnator: veluti a lectisternio lectisterniator apud Plautũ & Lectica a lectulis nomẽ accepit qui in ea cũ puluillis sternũt. Inde lecticarii qui lectica Hexaphoro Tetraphoro vel octophoro tã peregre q̃ in vrbe rure/successiuue dominos portant: vñ Periphoreti quasi circũ latiles ꝙ lectica circunferãtur dici possunt.

Periphoretus

Scãnum Scabellũ

SCãnum & scabellũ quid significent dilucide ostẽdit. M Varro i libris linguæ latinæ: vbi ait qua simplici scansiõe scandebant in lectũ non altũ scabellum: in altiorẽ scãnum: de scanno aliter supra: subiicit & pedibꝰ. Ouidins in arte: Et caua sub tenerum scanna dedisse pedem. Vnde quod græci hipopodion: latini & suppedaneum & scabellum appellant.

Hipopodion Suppedaneum

Culcitra Tomentũ

CVlcitra ad quietem parata dicit ꝙ in ea tomentũ rasura e pannis lineis a fullone carduis detracta inculcet. Mac. in satur. de dicteriis augusti. Relata inquit ad se magnitudine æris alieni quam quidã æques ro. dũ vixit excedentẽ ducẽties celauerat culcitrã emi cubicularẽ in eius auctione sibi iussit: & præceptũ mirantibus hanc rationem reddidit. Habenda est ad somnũ culcitra in qua ille cũ tantum deberet dormire potuit. Per hyemem plumea culcitra commodior: æstate lanea vel gossipio repleta quæ Matta/vtilior habetur: & talis qualẽ Senecæ Attalus preceptor laudare solebat: quæ corpori resisteret: & in qua vestigium apparere non posset: ad hoc nonnulli culcitram e corio ventosis follibus spiritu tumefactã ad cubitum substernunt: & follis nomine appellãt: Tomẽtum vero ipsum farcimẽ dicetur culcitræ ex quacũq; re: siue ex fœno & palea: siue ex coma harundinum: quod antiqui Circẽse: siue ex pluma olorina gallinacea anserinaue: seu ex xylino vel lana fuerint refertæ: quales commendarunt olim e lingonico tomento. Hic Martialis Oppressæ nimium vicina est fascia plumæ: Accipe ligonicis vellera rasa sagis. Suetonius in Tiberio Druso autem adeo alimenta subducta: vt tomentum e culcitra tẽptauerit mandere. Ferunt Heliogabalum imperatorem non cubuisse facile in accubitis: nisi quæ pilum leporinum haberent: aut plumas perdicum subalares: sæpiusq; mutasse culcitras. Augustũ Cæsarem contra non cubuisse quidẽ toro nisi humili & modice istrato.

Matta

Ventosa culcitra

Circense

Ligonicũ Tomentũ

Ceruical

CEruical pluma refertum subiicitur capiti: vnde a ceruice teste Prisciano nomen accepit: namq; eo delitiæ processere: vt sine hoc istrumẽto durare iã ne virorũ ceruicespossunt

Martialis. Tinge caput nardi folio ceruical olebit. Perdidit vnguentũ cũ coma pluuia tenet. Scribit Suetonius in lecto Neronis adhuc pueri circa ceruicalia depræhẽsa. serpẽtis exuuias fuisse quas in armillis auro inclusas aliquãdiu gestauit.

Puluinus. hypocorisma puluillus

PVluinus & hypocorisma puluillus a pluma vt puluinar Apuleius in asino auro: Quattuor eunuchi cõfestim pulvinis cõpluribus ventose tumentibus pluma delicata terrestrẽ nobis cubitum perstruunt. sed & stragula veste auro ac murice Tyrio depicta probe consternunt: ac de super breuibus admodũ: sed satis copiosis puluillis: aliis nimis modicis quis maxillas & ceruices delicatę mulieris suffulcire cõsueuerũt supstruũt Plinius in. xxxiii. Sũmæ apud exteros licentiæ fuerat poculo aureo puluino subdito Philippũ Regẽ dormire solitũ: Et Seneca scribit de beneficiis secũdo. Archesilaũ se teste contentum amici pauperis & paupertatẽ dissimulantis verũ ægroti sacculum pecuniarũ puluino subdidisse. Puluini ad sedendũ quoq; positi. Iuue. Equestria notans de puluino surgat equestri. Præterea & Areolas terrã elatã inter duos sulcos in hortis hoc nomine significamus: que porca a porrigendo in agris dicet. Alii porcas sulcos vocant in segete rariores.

Puluini Equestria. Areolæ porcæ

Toralia

TOralia ad vsum thori vt nomen indicat autore Marcello fuere. Hora. In ser. Et tyrias dare circũ elota toralia vestes Super linteola nãq; ponere solem? Stragulas vestes, purpureas quas tyrias appellat: vel cãdidulas vt p ęstatẽ decet: seu virides pictas & versicolores: & Nonius Plagæ inquit grande linium tegmẽ: quod nunc torale vel lecticariã syndonẽ dicimus: quarum diminutiuum est plagulæ: vbi per syndonem lecticariam pannum lineum adv sus lecti accipere possumus. Hoc eni nomine signantur e lino panni albicantes: quos ad vsus tori Lodices etiam nonnulli dici posse existimarunt. Mar. Lodices mittet docti tibi terra catulli: Item suo disticho. Nudo stragula ne toro paterent. Iunctę nos tibi venimus sorores: sed toralia etiã omnia lecti stragula vocamus. Primus omnium priuatorum Heliogabalus postea ro. imperator toros aureis toralibus texit vt scribit Lampri. Stragula ipsa a sternendo notant quicquid culcitre sternitur. autor Varro. Plinins in Orchomeno tota subruunt arua talpæ: quarum e pellibus cubicularia vidimus stragula. & Tranquillus refert Claudium Cęsarem neminem visitasse ęgrũ: nisi prius explorato cubiculo culcitrisq; & stragulis pretentatis & excussis: Præterea stragulas vestes aulea & ta-

plagę plaguæ syndones. Lodices. Stragula Vestes stragulæ: Aulea

Instratum
Gausape
Centones

tes vocitamus. Iurisconsultus instratum omnem vestem quæ sternitur appellat.

GAusape genus est stragulæ vestis crassioris vtrinq; villos habentis: vel vna tantũ e parte: cui non dissimiles sũt Cẽtones. Macrobius Scrophæ cadauer sub centonibus collocat super quos vxor cubabat. Mart. de Causape distichon est. Stragula purpureis lucent villosa tapetis Quid pdest si te cõgelat vxor anus. Amphitapetes quoq; vestes vtrimq; villosæ. autore Marcello qui Lucilium adducit. & Varronis testimonio vtitur in Mannio scribẽtis. Alterũ bene acceptũ dormire sup Amphitapete bene molli. alii amphimala eã dixere. Pli. Patris mei memoria cœpere amphimala nr̃a sicut villosa ventralia: nã ex altera tantũ parte villosa heteromala dicunt. Gausapa optima & preciosi Tapetes: vt scribit Strabo in quito geographię vellere patauino: exunt: tapetes ipi tegmina sunt variis picta coloribus: & figuris Vnde Bæluata legimus Tapetia a bæluis quæ in his texuntur. Verg. Instratos ostro alipedes pictisq; tapetis. Silius Italicus: Sydonio fulgentẽ ardore tapeta. Vellera inquit Strabo mediocria habẽt patauini: e quibus pciosi tapetes texũtur: sordidi in his villi Fratilli vocant qd per terrã ferantur.

Amphitapetes.

Amphimala
Heteromala.
Tapetes
Beluata

Fratilli:
Aulea

AVlea stragula versicoloria: vt scribit Seruius enarrãs Vergilianũ illud. Aulæis iam se regina supbis aurea ɔposuit spõda: sic ideo dicta sũt ꝙ in aula Attalli regis pgamenorũ in Asia primo inuenta fuerint: Babylon quidẽ colores varios picturę prima vestibus dedit hinc babylonica. Petronius arbiter de pauone: plumato amictus aureo babylonico: at aurnm intexere in Asia Attalus Rex inuenit: vñ nomẽ attalicis. Propertius Portic⁹ aulæis nobilis attalicis. Silius: quæq; attalicis variata p artẽ. Aulęis scribunt acu: Is postea decedẽs po. ro. reliquit hęredẽ. cui⁹ vt inquit Pli. hęreditas romanorũ mores afflixit: ita eni opulentiã externã amare & nõ solũ admirari didicerũt. Iuter aulęa sũt quas cortinas eccl'iastici scriptores & vernaculi appellauere Sũt siparia ad scenas exornãdas: sũt & quę Peristromata dñr: picta & versicoloria. Vñ apud Plutarchũ legimus. Regi psarũ Themistoclẽ rspondisse. Sermones hoim peristromatis versicoloribus psimiles esse. Et. n. vt in illis cum extendunt ita & in his formas figurasq; apparere: cõtractis vero abscond. easdẽ atq; corrũpi: quare sibi tẽpore opus esse. Cicero in philip. ii. conchiliatis Cn. Põpei peristromatis seruorũ in cellis lectos stratos videres. Et Plautus, in pseudolo. Ita ego

Cortinæ
Peristromata
Siparia

vestra latera loris faciā vt valide varia sint: vt ne peristromata æque picta sint cāpanica: Sunt & quę Peripetasmata ad ornā dum locū suspensa extēdūtur: Intellexit de his Horatius in satyris Interea suspensa grauęs aulea ruinas in parinā fecere trahentia pulueris atri: M. Cicero sexta in verrem. Quid illa attalica tota sicilia nomiata ab eodē Hieo peripetasmata emere oblitus est. Stragulis vero ad vsum tori non tantū lineis laneisue pictis & bombicinis vtūtur: sed eo deliciæ luxus processere: vt Drauci quidam Paticiue præ ceteris Illiterati: e fece olim etiā triuiali cum fortuna non cęcutiret: nunc vero podice leui vel mentula sesquipedali inter patricios præsides antistites adnumerati nō nisi argēto auroq́ꝫ intexta fastidiāt: præterea quod peius quod detestabilius Conopoea. peristromata: terrestriaq́ꝫ stragula. Non satis fuerat inaurare parietes & lacunaria versicoloria facere; pauimenta: argentea aureaq́ꝫ veste contectū somnos capere: voluit & luxuria vt nihil deesset bōbicina stragula argētū & aurū calcare: quorum multi Ingenui/litterati/bonisq́ꝫ moribus pauperes ad victus necessaria fortuna vere cæca aduersante indigentissimi emergere non possunt & per Xenodochia ab Hircano primū cōstituta: per compita etiam sæpicule animas ponunt: hoc tamen vnum ad cōsolationē accedat: ꝙ oīm fere istorum quos incedere e latos vides bracteata fœlicitas est. Inspice (bonos sēper excipio) & scies sub ista tenui mēbrana dignitatis quātū mali iaceat: inspice ac penitus cōsidera & videbis totitem esse aurato vellere arietes: Igitur quotidiana eorum ora dicere inuenias: ratiōibus multa prodige profusa: & in semet nihil: plane quidē villas opipare: vt inquit Apuleiꝰ extruūt & domos ditissime exornāt: sed in hac rerum affluētia nihil est indignū preterq̄ ipse dominus ædiū. Illas itaq́ꝫ ædificiorum species in quæ tanta profuderunt amœnissimas & extructissimas deprehendas: aulas/æmulas vrbium cōditas: domos vice templorū exornatas familias numerosissimas calamistratas: opiparum supellectilem: omnia affluentia. omnia ornata: preter ipsum dominū: qui solus Tantali vice in suis diuicijs Inops/egens/pauper/non quidē fluentū illum fugitiuū captat & fallacis vnde siti: sed verę beatitudinis & sincere vite & prudentie fortunatissimæ esurit & sitit: Sed iā noslare non sine musis, paruulo contenti hos intra septa refertissima vere esurientes relinquamus: & interim sub conopœo altiore iam nocte securi dormitum concedamus.

Peripetasmata

In luxum

Fœlicitas Bracteata

Arietes aurati

Conopœũ
Conops

COnopœun genus est tentorij linei lanei vel bõbicini: quod ad euitandos culices & muscas circalectos explicare cõsueuim⁹. Horatius in milites romanos inuehẽs: interq₃ signa turpe militaria sol aspicit conopœũ: Proptius ĩ tertio de Cleopatra. Fœdaq₃ tarpeio conopœa tẽdere saxo: eo.n. precipue vtebãtur Alexandrini: quia ibi ex nilo culices abũdant: vt refert Herodotus Nã cenops græce latine culex: hic a Strabone geographici operis. xiii. ,ĩdictũ est conopium Herculem œteos colere qm̃ eos a culicib⁹ quos conopas vocãt liberauit

Conopros
hercules

DIsposito autẽ ornatoq₃ lectulo qua ratiõe cubãdũ surgendũq₃ sit: & quid postea ciuiliter faciẽdũ breuiter scribere non idecẽs fore existimaui: in faciẽ igitur pron⁹ dormiat qui stomacho imbecillis est: quo in nũero magna pars vrbanorum: omnesq₃ fere litterarũ dilectores inueniũtur. Id enim digestionẽ adiuuat: nec sinit pituitã excrescere calorem naturalẽ augendo: Supinus sõnos ne capiat qui sane mẽtis est. Is nãq₃ cubitus stomachũ lædit: Apoplexiã grauioresq₃ sæpicule morbos inducit: cũ cerebrum neruos ac renes fluidus humor inficiat: fœtidũq₃ oris halitũ facit: Primo autẽ sõno homini qui sanus est: qui bene valet: in latus dextrũ mox in sinistrũ quiescere vtilissimũ est ve: ũ humeris semper & capite elatis. sõnus ipse qui sopor & grece υπνοσ est animi in medium sese recessus. Qui bene concoxit mane tutissime surgere potest: cui stomachus ex indigestione crudũ ructat is quiescare i lectulo atq₃ palulũ redormire vt monet Cornelius celsus: & sic coquere sõno corpulentiæ q̃ firmitati sit vtilius: Ideo athletas volebant cibos ambulatione perficere: & peruigilio cibi præcipue vincuntur. Vbi autem quis surrexerit leuare si potest aluum debet excreando continue mucose pituitæ saliuam: si quam noctu conceperit: capillum ad verticem vorsum pectere: auriscalpio sordibus verminantibus aures purgare: nares emungere: Os aqua præserti æstate fouere: lauare manus & faciẽ: sudarioq₃ lineo & extergere & puluiscula vnguine laticeue odorato linire aut irrorate poterit: mox vestibus forensibus corpori ad ignem si pruinosa hyems fuerit decenter apratis ædibus exire: Rei diuinæ (vt se gratum exhibeat) interesse: pro salute deo preces fundere: pro peccatis oblatiunculam elymosinalem erogare: hinc exercitationi se tradere debet: quæ teste Fortunatiano si quid idigestũ adhuc isederat deducens corp⁹ firmat: & lõgam adolescẽtiam reddit: ita tamẽ ne lassitudinẽ inducat

Cubitus
pronus

Cubitus
supinus

Cubãdi
ratio
Somnus

Conco
quere
somno

Forensia
exertitatio

Optimū igitur erit equitare quod cox is & stomacho prodest: hortos irriguos & pomaria suburbana comitib⁹ catellis ad venatiōes inuisere. Iactu missiliū: folle pugillatorio spiritu tumēte: pila trigonali ꝓdura: quā nunc Florentinā ac paruulā appellant: & cursu modice: vt est apud Auicēnā sese exercere. Negocia sua amicorū/cliētū/reipublicæve curare. Domuitionem vt prandeat deinde capessere. Ipse cibus simplex sit vtpote homini vtilissimus aduersns plurias ęgritudines: coaceruatio nāq; saporū pestifera: & tot cōdimēta ad edendū saturos cogētia pniciosiora credūtur: vnde Diodurus Ichthyophagos tradit vitā per oē fere tēpus sine morbis ducere ꝙ simplici pisciū cibo vtantur. hinc Socrates suadere solitus erat illos cibos potusq; vitandos qui vltra sitim famemve sedandā producāt appetentiam Cauere preterea oportet ne nimia festinatione deiiciatur: ne desideriū edendi: quæ est peredia & Orexis modū excedat. Conferret igit̄ sanitati cōseruandę: & ciborū minutatim illa diuisio: quę facit vt calor facilius cōficiendo expediat: vt Aristo. autor est: & a cibo sese subtrahere cuius excessus corpori putrefactionem inducunt. Auicennas vehemens inquit repletio in qualibet dispositione vitanda: siue ex cibo: siue ex potu procedat. quę crapulæ nomine quandoq; significatur. Sūpto aūt cibo ab oī corporis cōmotione vehemēti: & animi mentisq; agitatione horis ad summū duabus supsedendū est: mox domestica tractare: & si altius sol progressus longiorib⁹ dieb⁹ noctē terræ vmbrā tardauerit meridiari. i. meridie dormire: ꝓcipue sumno quiete placidissima sponte subrepēte. Illoq; citule fugato ad animi relaxationē: nō (vt aleones) ad auaritiā tesseris & alueolo: siue latronib⁹ isidiosis: pictisue tabellis ludere: vel cellā librariā intrās legere: vt plus sciat & melius poterit. hinc domo exire ad venationem: vel ad negocia reuertiq; postea & mēbra prius mensa dapibus frugaliter instructa: deinde lectulo splendide delicatæq; strato saltē post sesquihoram a cœna recreare: qđ ciuile erit & prosperrimæ valitudini cōseruādæ plurimum cōducet. Sed in primis & ante oīa obseruet qui diutius qui cōstantius valere & viuere cupit: ne passerculos ne gallos gallinaceos imitetur: quib⁹ coitus est frequētior. Hippocrates diuina vir scientia coitū venereū morbi caduci speciem existimauit Et Cantes mihi proauus paternus iuriscōsultissimus ac philosophię nō ignarus: interroganti p iocū qñ coeundum esset serio respōdit: Cum te ipso fieri volueris infirmior: possem multoq;

Equitatio
Pugillatori⁹ foliis
Pila trigonalis
Domuitio
Peredia
Orexis
Ciborū
Excessus.
Crapula
Nox
Meridiari
Somnus
Aleones
Coitus
Cantes
Grapald⁹

Cōcubit⁹: ad id citare testimonia: vnū hoc Cornelii celsi: vt modestiæ ꝓpinquius non omittendū: cui ad stipulatur Petrus aponēsis cōciliator. Concubitus neq; nimis concupiscendus neq; nimis ꝑtimescendus est: rarus corpus excitat: frequens soluit. Idem interdiu peior est noctu tutior: ita tamē si neq; illum cibus: neq; hūc cū vigilia labor statim sequitur. Sed & idē Cornelius hyeme inquit Venus nō æque pniciosa est. Vere tutissima: nec ęstate nec autumno vtilis: tolerabilior tamē autumno: æstate vero si fieri potest ex toto abstinendum est.

Coitus. Nocturn⁹ Diurnus

pecten Capillitiū capillamē/tum pediculi.

PEcten quo capillus explicatur. Calphurnius in bucolicis Nais & implicitas comebat pectine comas. Capilli eni a quibus capillitiū & capillamentū pectēdi sunt: pręterea semel in hebdomade lixiuio saponeq; lauandi ad immunditiam tollendam ex humiditate proueniente quæ pediculos in aliquibus generat: nam semp humidū est caput propter cerebrū qđ humiditate abundat Vnde & capillos habet: vt scribit Aristoteles in probleumatis & in secundo de partibus aīalium. Sunt tamē qui vel ad sanitatē: vel ad crines denigrandos caput non lauent: prima capillorū tincturam Medea vt est apud Eusebiū euangelicę præparationis decimo excogitauit. Cōmendatur epapheresis a mollibus coma gradatim formata: oportet & illos tondere: barbā quoq; radere italico ritu quę & vestis: Vnde inuestes dicunt: & vesticipes. Ad hæc parandus est tōsor cum nouacula & forpiculis: quibus etiā vngues secat: vnde Resegmina cadunt & vibrissas pilos e naribus tollit. Tonsores ipsi in Italiam e Sicilia venere post Romā cōditā anno quadringētesimo quinqgesimo quarto: adduxit. P. Lucini⁹ Mena: autor Varro: antea intonsi fuere. Ouidius in fastis. Hoc apđ intonsos nomen habebat auos. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus: sequens Diuus Augustus cultris vsus est. Post annos autem ter septennos flore genas vestit iuuenta: vt est apud Macrobium & Censorinū. Nos tamē ante vigesimū barbaros vidimus. Pubescere vero quarto decio testis est Aphrodisęus. Chalcidius in Thimeū Platonis: & iureconsultus. Pecten itē quo vtuntur textrices Oui. Illa etiā stantes tadio percurrere tellas Erudit & rarū pectine densat opus: Pecten quoq; rastellum Idē: Hęc mō verebat cū raro pectine pratum: & cratē notat dētatam stilis ferreis. Pecten etiā plectrū quo in citharis pulsandis chordas tangimus. Silius. dulcius Oeagrios pulsabat pectine neruos. Et pectines pisciū genus sūt q saliūt & extra vndas

Capilli denigratō capillorū Epapheresis Tondere Radere Vestis Tonsores.

Radi quotide. Barbati puberes

plectrum.

volitant seq; ipsi carinant. Horatius. Pectinib⁹ patulis iactat se molle tarentum. Pectines item e ferreis stilis quib⁹ ad linū enodandum ad lanam canabeā ac stupā explicandā vtunt̄ restiarii in primis: lanarii: & domi fœmellæ. Plinius in .xix. hamos appellat: nā de lino loquēs Pectitur īquit ferreis hamis. At i hoīe pecten dicitur sub vmbilico pilis hirsutus. Iuuenalis. Inguina traduntur medicis iam pectine nigro. Hami

SVdarium linteolum dicitur ad sudorē tergendū vnde nomen & diminutiue sudariolum quo nares emūctas purgamus. Catullus ad Marrucinum. Nā sudaria sethaba ex hibe ris miserunt mihi muneri Fabullus & Veranius: hæc amē necesse est. Itē remitte pallium mihi meum quod inuolasti sudariumq; sethabū: Suetonius de Nerone fugiente ex vrbe. Adopertoq; capite & ante faciē obtenso sudario equū ascēdit quattuor solis comitantib⁹: & mox ligato circa collum sudario ꝓdierit in publicum. Commendant̄ e Rhemēsi tella subtilissima ex lino a rhemis populis galliæ qui adhuc extant cōmunicata quoq; aliis galliæ populis textrini gloria. Sudarium Sudariolū Rhemensi stella

SPeculum quod i eo homines imaginem suam immo se ipsos fere aspiciunt ex verbo ātiquo: Macr. de Hortēsio: fuit enim vestitu curioso & vt bene amictus iret faciē in speculo quærebat: vbi se intuens togam corpori sic applicabat vt rugas non forte sed industria locatas artifex nodus astringeret. Trāquillus in Caligula: Vultum ad speculū cōponebat in oēm terrorē ac formidinē. Seneca in questionib⁹ naturalib⁹ iuentū fuisse scribit: vt homo seipsum nosceret/ deformis in speculo intelligeret quicquid corpori deesset redimendū esse virtutib⁹ formosus vt ifamiā vitaret: iuuenis vt flore ætatis admoneret̄: illud tempus esse discēdi & fortia audendi: senex vt indecora carnis deponeret: & de morte aliquid cogitaret: ad hoc rerum natura facultatē nobis dedit nosmet ipsos videndi: fons cuiq; perlucidus aut leue saxum imaginem reddit: Hic Socrates discipulos suos speculis vti voluit: autore Laertio: vt q formosus esset curaret impendio: ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui turpis operam sedulo daret: vt virtutis laude turpitudinē tegeret. At Demosthenes græce princeps eloquētię ante ipsum speculuum quasi ante magistrum causas meditabatur: & a speculo (quod nos cum orandum est sæpicule facimus) pronunciandi congruentiam petebat. Specula autē quæ primum sydone inuēta sunt: optima aqud maiores fuere brun Speculum Inuentum speculum Tempus discendi Naturale speculum Speculis vti Formosus notet Specula primo Brūdusina

Argento primo — dusina stano & ęre mixtis: nam stanum vitro additum lucida reddit vt scribit Aphrodisęus. Pręlata mox sunt argentea: primus fecit Pasiteles magni Pompei ętate: nuperq; credi cœptū est certiorem imaginē fieri auro apposito auersis. Caua specula maiorem iusto imaginem repręsentātia: si aduersus solis radios teneantur appositū fomitē accēdunt. Fiunt & paruula quodammō specula e vitro quibus seniores pręserti vtuntur: vt clarius videant & melius: cū oculis adhibita res maiores ostendāt ocularia triuiales: litterati conspicilla dixere & Specilla.

Caua specula

Ocularia Cōspicilla Specilla

Auriscalpium Dentiscalpium Dentifricium — HVriscalpium est scalpendis auribus & sordibus extrahēdis accōmodatum: veluti dentiscalpium dētibus. Mar. in apophoretis de auriscalpio pręmisso lēmate. Si tibi morosa prurigine verminat auris. Arma damus tantis apta libidinib9 Item de dētiscalpio. Lentiscū melius sed si tibi frondea cuspis Defuerit: dentes penna leuare potest. Dentifriciū vero medicamen est ad dentes potissimū dealbādos: quod fit e pumice/cadmia/cinere/cornu/ceruini/& sale armoniaco: vt scribit Galen9 in pharmaceuticis: sed nobilius ex margaritis in pollinem reductis.

Muschus — VNguenta e diuersis vnū odorem sortita sunt autore incerto: cū prius per se fragrarent singula: veluti opobalsama stracte: Moschos qui vulgo muscus. Ratio faciendi duplex vt inquit Pli. in. xiii. succus & corpus: olei fere gñibus. hoc odoribus constat: illa stymmata hęc hedismata dicunł. At e siccis odoribus diapasmata. Nam feces magmata nominant. Iliacis tēporibus nō fuere. Primū quidē se iuenisse refert castris Darii expugnatis Alexandrū in reliquo apparatu cepisse scriniū vnguentorum nec cōstat qñ primum romę penetrauerint. Antiocho certe asiaq; deuictis vrbis anno quigētesimo sexagesimo qnto. P. Licini9 Crassus Iulius Cæsar cēsores edixerūt ne quis vnguēta vēderet exotica: q̄ sunt externa. At postea voluptas ut honestissima est admissa: adeo vt lini nō solū: sed pfūdi quidā voluerint. L. Plotium proscriptum a triumuiris in Salernitana latebra odor vnguēti pdidit. Vidimus inquit & vestigia pedū tingi quod. M. Othonē monstrasse Neroni principi ferebant. Primi aūt Parthi (vt aiunt) commendandi halitus gratia odoramentis vsi sunt. In alabastris optime seruanł superuacui pfecto luxus habenda. Ilico enim expirant & voluptate aliena parantur: nam qui odōrē gerit ipse fere non sentit: hinc Socrates in balneis pedes vnxit in aerem a capite vnguentum spirare di=

Stymmata Hedismata Magmata Diapasmata

Exotica

cens:a pedibus vero in nares ꝓuenire. Vtimur his &hac nostra tempestetate:sed pręsertim pulnisculis inter quos Cyprii con= mēdanť:&,liquoribus odoratis/Apud ātiquos etiam mortuis adhibita sūt:vñ exiit illud Ennianū Tarqnii corpus bona fœ= mina lauit & vnxit:& Maronis musa cecinit:corpusq̨ lauāt fri gētis & vngunt. Plinius de vnguētis scribens/honos hic ad de functos pertinere cœpit. Gręci Myrra dixire a qb⁹ Myrropo= la vēditor/Myrropoliū taberna/& Myrrotheciū vnguētoꝝ re= positoriū/nomen acceperunt.

Cyprius
Puluis
Myrra
myrropola
Myrropolium
Myrrothecium

ARcam & hypocoristicos arculam vt Varro siue arcellam vt Ponpeius:dictam existimant ꝙ ab ea clusa arcētur fu res:nā q̄cūq̨ in ea fuerit dūmodo īclusa nō sit tutissime habēť Arcas & mensas argēteas primum habuisse Heliogabalū scri= bit Lāpridius:ex gręco Capsas vocitamus & diminutiue capsu las & capsellas. dicimusq̨ capsas librarias:numarias:farinarias vestiarias:in quibus libri:numi:farina:vestes cōtinenť.

Arca
Arcula
Arcella
Capsa
Capsula
Capsella

VEstis a velando vel posi⁹ vt. M. Var. sentit a vellere no= mē mutuatur qđ est vniuersę ouis lana sic dictū ꝙ añ tō suram lanam vellebant vt idem tradit in re rustica:generale est vocabulum omnium q̄bus corpus tegiť. Sed & stragulas vest es dicimus:vestimentū vero vestis pars aliqua:vt placuit Pom= peio:Vestiū nomina alia a forma alia ex gręco:multa a colore: nōulla aliis a causis sūt deducta. Vt Cyclas Diplois/abola/ame tisthyna: emdronys:multicia: Rhenones/pelliceæ: saraballa. Monocoris/dibapha. purpurea. conchyliata q̄nę Osttrina ab ostro/Tyrianthyna/hyacithina. Rosea. coccina/Ianthinaviola cea. Leucophea. Noegiū. balia/chlorea/crocota/chlamys. lęna q̄ chlęna sagum/lacerna/ephestris quęvt plurimum diuisa su= perinducitur armis. Paludamētum/synthesis/Scutulata scutu las Vndulata quę fere Cymatilis vndas vt Symballota/ Virgu lata virgas lineasue exprimentes/Polymita/pexa/cui contraria Depexa trita/amiculum/strigium/lanerum e succida lana/Biss= acia:mastrucæ:colobia. Epēdyte:epitogiū:palium:phrygia:at talica:galbanum:prætexta:clauus vñ latus clauus senatorius: trabea:toga:Poderis:Recinium: peplum:stola Talaris & fæmi nea quam ambit limbus vel instita:cuculus :penula ad iter & pluuiam quæ scortea:Mātellis:forentia: Dalmaticæ:suparum tunica:camysea:subuccula:interula:intusium:caligæ:tibialia: succinctoria perizoma cāpestre quod subligaculū. Braccę Co turn⁹:socc⁹ & diminutię soccul⁹:crurules:Pedules:calopodia

Vestis
Vellus
Vestimētū
Vestiū
Noia
rhenones
Ephestirs
Scutulata
Vndulata
Lanerum
lat⁹ clau⁹
Stola
Limbus
Instita
Penula
Scortea
Cāpestre
calopodia
Sādalium
versicolores
Vestes

Galerus
Pileum
Capitium
Thorax
Aluta

Calonesue Festo Pompeio e ligno:Pamtophilæ. Phæcasea. Baxeę. Patitii quasi patētes:Calceus solea sandaliū & cōplura alia. Inter quæ sūt versicolores varios colores referētes qbus nūc p ęstatē sericis vtimur Quæ secūdo bello punico mulierib⁹ oli Oppia lege vt scribit Liuius & valeri⁹ max. iterdictę sūt est Petas⁹: Tiara. galerus:est pileū:ē capitiū qb⁹ caput tegit:est Thorax q vel lane⁹siue argēto auroq; intext⁹aut bābacinus sericusue a nobis supponit Camysię & ligulis ex aluta tenui pelle cōcinnata æratis capitib⁹ adnectit caligis:licet manicatus sit. Iuue. Viridē thoraca iubebit afferri:& Sueto. scribit Augu. Cesarē vsū laneo subuculę Thorace:aliter fortasse interptabūtur id verbū nōnulli:& huic vesti magis aptū magis quadrans nomē excogitabunt: Discere meliora non pudet:meliorib⁹ cedere non erubescimus: nā ingenue scribimus:& iuxta illud Priapi/ Nos uappæ sum⁹ & pusilla culti ruris numia. Parturiant si qd elegātius conceperint: Difficile eqdē scio imo difficillimū esse non diffitebuntur vestibus dare noiā:pręterea & rebus pluscu lis quibus hodie vtimur:cū quædā in totū ab antiquo ritu a veteri forma. quædā ex parte imutatæ sint a nobis:& mutatæ in dies mutētur: Ita vt in vestib⁹ diuinandum sit:nisi voluerim⁹ noua formare vocabula quēadmodū & noua induimus & mutamus genera vestium. Qui hodie est cycladatus cū fimbriis: in crastinum erit sine his cum scapulari tunicatus:mox lacernatus:interdū togatus:aliquādo semitogatus:nunc paragiatam vestē sumet Ezomidam/ nunc sine patagio manicatā siue manuleatā. Sunt enim vestiū quędam manicatæ:alię sine māicis has Ezomidas:illas cheridotas gręco nomine appellam⁹/non nulli macrocheras: manicaris & maxime vltra brachia & vsq; in primores manus vti Romę atq; i omni latio idecoꝝ fuit:unde Africanus Pauli fili⁹. P. Sulpitio Gallo inter ꝛliqua quæ illi obiectabat illud quoq; ꝓbro dedit:ꝙ tunicis vteretur manus toras operientib⁹:& apud Veg. Romulus latin⁹vitio dat phrygib⁹ ꝙ manicatas vestes haberent:nā inquit:& tunicæ manicas & habēt ꝛdimicula mitræ. Scapularis vero a scapulis quas tegit nomē accepit. At patagiū ipm dicet quod ad sūmā tunicā assui solet: Fibriæ circa imas extrēitates. In vsu apud oēs fere magis sunt lanea vestimēta: Bombicina etiā: olim nobiliū nūc quoq; ifimoꝝ sine vlla discretiōe: q serica a serico quod depectūt Seres populi nominantur: siue a vermiculo q Ser. dicit : sicut Bōbicia a bōbice: Sunt enim Bōbices vermiculi ex quib⁹

Ezomide
cheridotæ

scapularis
Paragiū
Fimbrię
Bōbicina
quę
Serica
Sericū
Bōbices

Necydalus arenearum more fila emittentes ad vestes luxusq; mortalium. Prima hæc retorquere rursusq; texere iuenit i Coo mulier Pamphile: In Ceo vt Varro: non fraudanda gloria excogitatæ rationis: vt denudet fœminas vestis bōbicina: apd nos ad prolē seruati in papiliones exeunt qui oua parturientes emoriuntur. Hæc Aprili mense inter mammas a mulierib⁹ habita per pauculos dies vermiculos educunt: qui foliis celsi arboris in storiis papyraceis nutriti crescunt ad minimi fere digiti magnitudinem: clariq; & translucidi facti comportantur in ramulos genestinos vbi pensa euomentes illa nidulo ouatæ formæ quo includuntur circundant: postea sole siccata arte ad fila trahuntur: e quibus variæ infectis vestes plurifariam & texuntur & componuntur. Primus Heliogabalus imperator Holoserica veste vsus est: cui cōtraria est Subserica nō in totū serica: In vestibus apud maiores luxuriam percrebuisse inter cætera idicio est exemplum L. Luculli de quo apud Plutarchum & Horati. in epistolis. Plinius quoq; asserit Agrippiam Claudii pricipis vxorem edente eo certamen nauale indutā fuisse paludamēto auro textili sine vlla alia materie: Vestimenta ipsa ad corpus fere oia Zonis astringimus: in quibus aurū & pecuniā portarūt antiqui vt ostēdit. C. Gracchus apud Aul. Gellium in noctib⁹ atticis: hinc dicebat Alax. Seuerus imperator. Miles nō timet nisi vestitus calciatus & satur habēs aliquid i zonula. Sue. i vitelio/zona se aureoꝝ plena circūdedit. Apul. in. v. i. Pretiosissimis monilium & auro monetali zonis incīcta: & in euangelio Nolite possidere aurum neq; argentū neq; pecuniam in xonis vestris inquit Iesus seruator: ad has nostri marsupia folles passceolos & crumenas scorteas siue sericas argētoue & auro iterte xtas ad numismata portāda appendūt: his fibulas ex ferro orichalco auro & argento addimus ad vestem subligandam: vñ Fibulare cingere & diffibulare discigere & fibulam resoluere: Statius i thebaide: torto chlamydē diffibulat auro: Bullas etiā ad ornatū: q̄ & diminutiue Bullulæ dicūtur: vñ Zona Bullata & balteus bullatus. Sūt attñ Cingula q̄ nodo tantum facto idē operentur. Vestes aūt ipsæ æstate præsertim diligēter inspiciēdæ sunt mouendæ ex arculis & excutiendę p seruos vestispicos quibus illarū cura est credita: ne tineis pabulum prębeant: nā in lanis & quibusuis lanitio confectis puluerulētis maxime nascuntur tineę impendio rodētes vt scribit Aristoteles. Instrumentū ad hoc hře solēt vel e lobis milii indici vel ex setis suillis

Necydalus | Papiliones | Holoserica | Subserica | Luxuria in vestibus | Zonę | Aurum montale | Marsupia | Crumenę | Fibulę | Bullę | bullulę | Vestispici

Scopina

Scopinam quã vocitant: velut antiquiores muſcarium bubulũ ex bouis cauda de quo Martialis.

Sordida ſi flauo fuerit tibi puluere veſtis
Colligat hunc tenui verbere cauda bouis.

Muſcariũ
Bubulum
Mirum

Hinc muſcarium ſetaceũ eleganter appellare poterimus a ſetis ſuillis: vt illi a cauda bouis bubulũ dixere: mirũ eſt quod refert Plinius. Veſtem quæ fuerit in funere a tineis non attingi.

Alueus
Alueolus

Alueus & alueolus tabula luſoria qua hic biſſeno ꝑũcto illinc quadris diſcolorib⁹ notata vtimur ad luſum talorum teſſerarum & latronum Plinius libro vltimo: In triumpho Põpeius tranſtulit alueũ inquit cum teſſeris Luſorium e gẽmis duabus latum pedeſtres: longum pedes quattuor. Teſſera ipſa Cubus eſt græce vt Iulius Pollux & Gellius oſtẽdũt. Talus vero aſtragalus a quo aſtragolizontes apud Pliniũ talis ludentes. Latrones vero calculi nominanť: & ſchachi triuialiter: At ſcrupis noue certamus in tabula: in qua viciſſe eſt cõtinuaſſe ſuos.

Teſſera
Cubus
Talus
Latrones
Schahci

Loculi
Locelli

Loculi & per diminutionẽ Locelli dicuntur capſulæ minores: in quibus nummi ſeruantur. Martialis in apophoretis de loculis eboreis.

Hos niſi de flaua loculos implere moneta.
Non decet: argentũ vilia ligna ferant:

Item de ligneis.

Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fece locelli
Munus erit: nihil eſt: ipſe locellus erit.

Aes alienũ
tum prio
Rude æs
Aerariũ
Aes ſign
Nomiſma
Numus
Aſtrgaal
Pecunia⁹
Bigati
Quadri gati
Victoriat⁹
Argentũ ſi natũ prio

Apuleius Iubet nobis protinus gaudii ſui gerulis decem aureos: vt ipſe habebat e ſuis loculis adnumerari: & Suetonius ſcribit Galbam e peculiaribus loculis Cano tibicini mire placenti dediſſe pecuniam. Numus vero ſine nomiſma a lege: quæ græce Nomos: non natura quippe: ſed lege & principũ iſtituto cuditur. Primus Seruius Tullius rex Romanorũ æs ſignauit nota pecudis: vnde pecunia: niſi poti⁹ a pecorib⁹ vt Varro: nã maiores quod habebãt ex pecoribus habuerũt. Rudi ære hoc eſt non ſignato antea Romæ vſos perhibent: ſignatum eſt poſtea: inde ærariũ locus publicæ pecuniæ: & æs alienum quod debemus. Argento aũt ſignato ãte victoriã de Pyrrho Po. ro. mime vſus. Signatũ ẽ prio. Q. Fabio cõſule ãnis. v. ãte primũ

bellū punicum: anno vrbis conditæ quingentesimo octuagesimo quinto Nota bigarum & quadrigarū. hinc bigati & quadrigati. Liuius drusus in tribunatu tertia parte æris argento mixta numum percussit signo victoriæ: inde victoriatus: Aureus numus post annos duos & sexaginta q̄ argenteus autore incerto signatus est: hūc pcipue Italia bilātiola: quā Simbellā dicemus an iusti sit poderis examinat: veluti aurum & argentum probant Coticula an primę an secūd ę venę sit: vel adulterium: nam & monetam aliquando: quę tam aurea q̄ ærea vel argentea sic nominata videtur: q̄ & precii & autoris nos signi impressione admoneat: Quicumq̧ inquit firmicus habuerint horoscopum sub cygnio erunt monetarii id est monetæ custores signatoresq̧: Plutus primū in vsus coaceruare seruareq̧ pecunias monstrauit. At balearici nec aureo nec argēteo nūmo vtebant: quos ad insulā afferri etiā phibeāt causā reddētes: Gerionem Chrysauri filium auro atq̧ argēto opulētissimum quondam ab Hercule bello expugnatum. Existimabāt enim id quod est: sese cum argēto & auro carerent facile omnes vitæ insidias euasuros: hic Diogenes interrogat⁹ cur palleret aurū quia multos inquit habet isidiatores. A nūmo auaritia in mortales irrepsit quę fons & origo inumerabiliū malorum ne dicam omniū fœn⁹ quęstuosam segnitiā parturit: quo gentes: vt in dies videm⁹ exhaustę periclitant. Vnde fœneratores harpyę dici possunt eleganter & vere tanquā mortalium labores depascentes: Breui nanq̧ omnia ad se trahunt: nec tamen vnquam (quod illis pro supplitio datur) in tantis opibus cupiditates extingunt ignari terrā in quā brutorū more ferūt quantulā esse mūdi pro tionem: siue potius punctum vt plurimi tradiderūt: terrenisq̧ omnib⁹ quis iniātinsitā a natura mortalitatē: nō contemplantes pręterea q̄ exigua terrenorū telluriisq̧ particula cladaueri detur post dissolutionem cęteris ōnibus ad heredes sępicule ridētes transeuntibus: quibus ipsi nullo labore partis fruūtur ad voluptates: dum illorum animas ex sententia æquissimi iudicis perpetuo carceri ad centrum terræ demerso mancipatas scelerum vltores Plutonii ministri pænis meritis afficiunt: nam & Plato: vt theologos taceam christianos: tyranni animam facit excruciari post mortem ab vltoribus: & Trimegistus Ergo inqt ne his iplicemur veredū tātūdē cauēdūq̧ ee cognoscē icredibiles .n. p⁹ delicta cogēt credere nō verbis: sed exēplis nec mi

aurū signatū primo
Simbella
Moneta
Seruate
Numos primo
Coticulæ
Aurū
Pallet
Auaritia
Fœnus
fænatores qui
Harpye
Terra
Punctum
In Auaros
Infernus
q̄ christiāe

nis:sed ipsa passione pœnarum:& mox:Omnia prouitæ meritis aut dilectis:tanto post mortē seuioribus subiiciūtur:quāto multa forsitā fuerunt celata dū viueret:Præscia enim rerū omnium diuinitate reddentur perinde:vt sint pro delictorum qualitatibus pœnę.

Lucerna

LVcerna dicta est a luce:vel a lychno.autores Ser.& Varro/oliū illi infundit vt ardeat & splendorem diutiusellychniū emittat:vnde apud Plutarchum legimus Anaxagoram a Pericle negociis impedito destitutū & mori cupiētē dixisse: cū ille eum oraret:vt sui gratia viueret vellet:O Pericles & qui lucerna indigēt ifūdūt oleū/At:ro.Impator Heliogabalus balsamū ifudit:Hic est Heliogabalus qui mulieres nunq̄ iterauit:præter vxorē:qui nūquā minus centū sextertiis cœnauit hoc est argēti libris triginta:qui calciamentū nunq̄ bis iduit:qui solido argēto lectos habuit & triclinares & cubiculares:qui omni tunica aurea vsus gemmas calciamētis addidit.Cubicularis dicit q̄ icubiculo tota nocte ardēs seruat.De hac Martialis.Dulcis cōscia lectuli lucerna Quicquid vis facias licet tacebo.Item.O.q̄ prelia quas vtrique pugnas Fœlix lectulus & lucerna videt. Apuleius extimauit inuentā ab aliquo amatore vt cupitis p noctem dulcius potiretur.Paruula est & sępe pēsilis a Lampyride nocti luca Cicindellę nomē adepta & vnico ellychnio cōtēta: nā habemus i supellectile & Dimyxon & Trimyxon & polimyxon a duobus tribus pluribusque āgulis & naribus ex greco oīa pendētia:cū fierent olim ex argilla a figulis testæ appellatæ hic poeta:testa cū ardente viderēt Scintillare oleū & putres concrescere fungos.

Helloga balus

Lucerna cubicularis

Lampyris Cicindella Dimyxos. Trimyxos Testæ

horologiū Hore

Orologiū est quo dies horis diuidunt:quarū nomē non minus annos.ccc.Romæ ignoratū esse credibile est: nā duodecim tabulis nusq̄ nominatas inuenies:vt in aliis postea legimus & quidē ante meridiem eo videlicet q partes diei bifariam tū diuisi meridies ab ortu ad occasum discernebat. Alii die quadripartito noctē similiter diuidebāt:idque similitudo testatur militaris:vbi dicitur prima:secunda: tertia:& quarta vigilia autor Censorinus.Sed a quo Romę horologia sint inuēta incertum est:hoc satis constat solaria primū appellata.q ex solis vmbilici qui gnomon vocatur vmbra horæ cognoscerentur.Id primus apud Lacedemonios Anaximenes Millesius excogitauit:dictūque est ab vmbra sciotericū.Plinius ita scribit: princeps Romanis horologiū statuisse ante duodecim annos

Vigilia prima secūda tertia quarta.

Solaria Gnomon Stioricon

q̄ cū Pyrrho bellatum est ad ædem Quirini. L. Papirius cursor cū eam dedicaret a patre suo votā a Fabio vestali proditur: sed neq; facti horologii rationem nec artificis nomen exprimit: nec apud quem scriptū inuenerit. Marc⁹ Varro primū statutū in plublico secundū rostra in columna tradit: bello punico pri mo a. Marco Valerio Messalla consule Catina capta i Sicilia. deportatū inde post ānos trigita q̄ de papiriano horologio traditur. anno vrbis quadrigētesimo septuagesimo septio: nec cō gruebāt ad horas eius lineæ: paruerūt tamen ei annis vndecen tum. donec Qu. Marti⁹ Philippus qui cum: L. Paulo fuit cēsor diligētius ordinatum iuxta posuit idq; munus iter cēsoria ope ra gratissime est acceptū: etiā nū tamen nubilo incertæ fuernnt horæ vsq; ad ꝓximū lustrum: tunc Scipio Nassica collega Lanati prim⁹ aqua diuisit horas æq̄ noctiū & dierū: idq; horologiū sub tecto dicauit āno vrbis qngētesimo nonagesimoqnto tam diu populo Romano idiscreta lux fuit: quod & ipsū ex cō suetudie noscēdi horas a sole solarium cœptū est vocari vt scri bit Censorinus. Huiuscemodi tamē horologia propriæ Clepsydræ nominantur quod aquam qua horę notabantur inclusam & occultam habebant. Nostra tempestate horologia & q dem publice ex ferto rotulis dēticulatis & ponderibus libratis miro artificio producuntur: ad horas distinguendas & Campa pani æris: quod tintinabulum antiqui: sonitu significandas: inter Automata quæ per se mouentur numerāda Fiunt etiam ex ære paruula sed priuata: & ad eundē vsum & ad sōn⁹s arbitrio nostro vt excitemur rūpendos: quæ cum i cubiculis habeātur cubicularia excitatoriaue rectissime possunt appellari. Sunt & e vitro horologia quæ harenulam siue albicantem pnluisculū quo horæ singilatim inuertendo notāt habent inclusum: quibus vtuntur declamatores e plani pedibus & prædicatoribus cæterisq; in pergulis etiam ad ambitū profamis Euangelium: populo nuntiare adsueti: Nā horologij gen⁹ Viatoria pensilia de quo Vitruuius erit quale modo Cylindracea specie viatores frequētant. horarū autem comprimis sunt ęquinoctiales quæ Isomerinæ. & tēporales quæ vulgares græci Cæticas appellāt.

Clepsydra
Automata
Titiabulū ęs cāpanū
horologia
Cubicularia
Excitatoria
Cæricæ.
Isomerinę

MAtulam & matellam vt alii etiam matellionē & lasanum vas ad lotiū idest vrinā vocitabim⁹: Greci scaphiū: Iuuenalis: & ride positis scaphiū cum sumitur armis: de matella: Marcialis in apophoretis Cum poscor crepitu digitorum &:

Matula
matella
matellio

Lasanum Scaphiū verna morat: Ah, quoties pellex culcitra facta mea est: sed lasanum & Scaphium ad excremēta vētris aliquādo. De matellione Cicero in paradoxis Quid enim cēses inquit si. L. Mumius aliquē istorū videret matellionē Corinthium cupidissime tractantē cū ipse totā corithū cōtēpsisset: Vbi de aquali idest vase ad aquam itelligemus in quo significatu & Matula & matella ab autoribus ponūtur. Hoc addim⁹ Scaphiū quoq; fuisse vas æreum in quo stili in medio positi proceritas horarū ductus discriminabat. aliquādo & grecis poculi genus: At Plutarch⁹ in Numa Scaphium appellat quo ignis sacer extinctus solis tantū radiis accendebatur.

Aqualis Scaphiā

Latrina

Latrina loc⁹ priuatarū sordeū a latēdo Columella: Immūdis quæ cūq; vomit latrina cloacis: Apuleius de Asino aureo libro nono: Oia prorsus vt in quādā cænosā latrinā in eius animū cōfluxerant vitia: Foricę vero loca publica sunt in quibus licet omnibus ventrē exonerare: nam foria stercora dicūt & pręcipue liquidiora vt est apud Pōpeiū: de Foricis Poeta satyrographus. Inde reuersi cōducūt foricas. Cloaca enim locus cauus nūcupatur quo publicæ sordes eluūtur a clocare quod est inquinare: siue a coluendo vt alii sensere: cuius appellatione & Tubi & fistulę continētur vt inquit Vlpianus: Cloacas publicas Romę fecit manibus plebis Traquinius supęrb⁹ vt autor est Liuius: Plinius tradit id opus factum a Tarquinio prisco: Marcus quoq; Agrippa in ædilitate post cōsulatū suffosis mōtib⁹ Cloacas fecit omniū operū dictu maximū: nāq; septē amnes cursu præcipiti, modo torētiū per meatus subterraneos: omnia auferebāt: oīa rapiebāt: vt refert Strabo Geographici operis quinto Latrinę ipsę subdiales quas Andronas dicere possumus inter duos parietes ita produci debēt vt in pariete altero foramē sit qđ Operculo obturatū fetidū fetorē cubiculo reddere nō possit: verū magis ꝓducit locū facere cubiculo adiacētē quē dormitioni seruorum vel cubiculariorū aptissimum cōclaue dicemus: in cuius pariete fiant latrinę (de qua diximus) spiramina: nam & latrinas habent: domus vel in cubiculis: vel in loco ab his sequestrato sæpius quas cæcas nominabimus tubilis fictilibus per medios parietes excremēta in cauam lacunam deducētibus: nōnulli e potētioribus pręsertim sellas in cubiculo ponunt familiares: in quibus vasa cōdita oletū idest stercus excipiunt per vnū e famulitio mox ex ꝓtādū vasculis ad id ex auro (vt ē apud Martialē) Bassā vtebaī: hic est

Foricæ Foria

Cloaca

Latrina Andronæ

Cōclaue

Cæcæ latrinæ

Oletum Sella familia.

Ventris onus misero, nec te pudet excipis auro
Bassa bibis vitro carius ergo cacas.

¶ Et Lampridius refert Heliogabalũ imperatorẽ onus vẽtris auro excipisse: & in murrhinis ac onychis minxisse. Plini⁹ quoq; in .xxxiii. ex autoritate Messallæ oratoris scribit. M. Antoniũ triumuirũ aureis vsum vasis in obscœnis omnibus desideriis pudẽdo etiã crimine Cleopatrę. Et quoniã huiuscemodi sellæ familiares valitudinario in primis necessariæ sunt: placuit de illo paucula statim his subnectere.

VALITVDINARIVM CAPVT. VII.

V Alitudinarium locum dicim⁹ quo valitudinarii & infirmi curantur: vt valitudinẽ malã bona permutent. Seneca ad Luciliũ. tanq̃ in eodem valitudinario iaceã de cõmuni malo tecũ colloquor remedia conuinco. Itẽ in quæstionibus naturalibus. Nõ video quare sibi placeat qui robustior est in valitudinario. In eo aũt quid supellectilis ponendũ sit referre superuacuũ videtur: cõportabuntur: quæ per alias ędium partes erũt cũ necessitas postulabit. Aduocabuntur medici vel Iatraleptæ: q perfrictiõe & vnctionibus curant: vel clinici qui dieta & pharmacis medentur: vel chirurgici quos vulnerarios dicimus cũ specillo, forficulis scalpello quę lanceola: cucurbitulis ventosis: & id genus cęteris. Postq̃ a medicis salutẽ immo vitã nostrã pẽdere iã diu ẽ receptũ: qui famę plerũq; studio circa ęgros miseris sententiarũ concertationibus velitant. In quibus inter eos quisquis pollet loquendo fit statim vitę nostræ necisq; (vt ille inquit) imperator: discunt equidem periculis nostris & experimenta (doctos semper excipio) per mores agunt: nec mirũ: quando p quietem viso in somnis Galeno aut Auicẽna Aesculapiove multi litterarũ penitus ignari medicos se profiteri nõ erubescũt & statim (heu dementia) fides habetur: Vtinã legũ sanctione plecteret inscitia capitalis vtinam non adeo creduli essemus: nõ tam insigniter nostro maximo malo delirantes. Vtinam ab herbis arboribus fruticibus auibus quadrupedibus & cæteris simplicibus remedia ad morbos peterentur: vt olim petebantur medicinam ipsam quodãmodo rerũ natura faciẽte. Nõ fecit Cætera malagmata emplastra Collyria Antidota & id gen⁹ mixtiones inexplicabiles, parens illa ac diuina rerum artifex: ista ingeniis constant: officinarumq; immo auaritię commenta sunt: Videres pauculos grassatores purpuratos mulis ob equitantes

Valitudinarius. Iatraleptæ Clinici Chirurgici. vulnerarii

Videres venerande senectutis canos imo septuagenarios in numerabilis: Verum stultitia nostra fruūtur: Verum hominē= ijs solis occidere licet impune: Sed & mortuis quoq; vltro cō= uicia ingerunt intēperantiæ inobediētiæ ve illos accusantes & id quidē(vt mihi videtur) meritissime: postq̄ salutis nostræ pauci rationem habemus:& cuicūq; Herbario etiam mulotri= bæ vitam nostram credimus:ac ingenti sępissime precio necē nobis ipsis emimus: Vtcūq;:animas profecto nostras æruscatores medici negotiātur: Vidimus ipsi post multa pharmaca magno sumptu incassum a medicis ingesta ægrum iam con= clamatum iam orco cādidatū remedio ab horto quesito & ac= cepto sine impēdio vitę restitutū: Saccarū igr̄ antidota cathar dica pharmaca vñ pharmacopolæ: Epithemata q̄ a Cornelio celso pitacia:clysteria: pyriaces: balani quę suppositoria:cata= plasmata velut fomenta: Eclegmata: quæ linctus: pastili qui trochisci: catapotia: septę: cauteria vel caustica: malagmata pessi emplastra quę nunc triueales vnguēta: Hygrem plastra Xeria: Diaphoretica:Enchrista:cęrata: collyria: Amuleta:Tu= runda e filis ad vulnus linamentū:& reliqua medicamina quo rum meminit Galenus in pharmaceuticis & alij pro morborū dña parabūtur:quos varios impēsius ac multiformes vt osten derē a capite more boni pictoris incępi pticulares in calce fini tur⁹ his adiūxi et gñales ne quid deesset ad cognitionē hūanę miseriæ:quę a vitę innitio ad exitum vsq; tot tantisq; ægritu= dinum generibus: nam supra.ccc. autore Plinio creduntur:vt omittam necessariorum & amicorū funera prope quotidiana exilia proscriptiones: famē terrerimum genus mortis vt iquit Egesippus. veneficia.metus: desideria:& erumnas.in dies vel potius in horas affligitur. vt inuocata morte nullū iam sit vo= tum frequentius: & fœlicissimi existimandi sint qui mystica vnda renati q̄ primum ad omniparentē deum a quo exierunt reuertuntur. Hinc pro miraculo receptum est Xenophilū mu= sicum centum quinq; annos vixisse sine vllo corporis incon= modo Heu fragilis & laboriosa mortalitas:heu misera & incer ta hominum vita: Abunde pfecto atq; idulpēter(vt ille iquit) fortuna decidit cum eo:qui iure dici nō infœlix potest:

Pharma copolę
Balani
Catapiasmata
Emplastra
Linamētū
Morborū numerus
Fames
Votum frequens

Cephalea

CEphalea ægritudo est capitis cū dolore inter maximos adnumerato. sunt autem stomachi & calculorum. vehe mens est etiā dētiū. Vñ Serēus haud facile est acrē dētis tolera re dolorē cū baccho violas decoxeris ore tenero. caput ifestāt

cephalalgia.porrigo.achoræ.fycofis.hetero©aneæ.hemicra neæ.hydrocephalea a capite in nares defcẽdẽs.Sitiafis.phre nitis.mania.vertigo.vigiliæ lethargus quod veternũ fubetia. Epilepfia:qui maior herculeus caducus diuin⁹ comitialis mor bus dicitur.apoplexia fubita quædã percuffio.deformãt calui tium.Areę Morphea.Ophis.ophiacisve:Alopetia.At prurire faciũt lendes coitu pediculorũ autore Ariftotele hift animaliũ quito procreate:pediculare vero morbũ(vt hoc quoq; tranfeũ ter enarremus) totũ fere corpus infeftantẽ gręci phithiriafim appellãt:nã phithira pediculũ dicũt:de illo Serenus

Hydrocephalia
Letharg⁹.
Epilepfia
apoplexia
Lendes

Noxia corporibus quædam de corpore noftro
Progenuit natura volens abrumpere fomnos
Senfibus:& monitis vigiles intendere curas:
Sed quis non paueat Pherecidis fata tragedi.
Qui nimio fudore fluens animalia terra
Pduxit:turpi miferũ quæ morte tulerunt
Sylla quoq; infœlix tali langore perefus.
Corruit:& fœdo fe vidit ab agmine vinci.

Plinius in.xxvi.phithiriafi quoq; fylla dictator confũptus eft & Ariftoteles hiftorie aialiũ quinto de pediculis:Accidit mor bus nõnullis prę nimio corporis humore:& quidẽ aliquos fœ ditare obiiffe proditũ eft:vt Alcmanem poetã & Pherecidem Syrum:nafcuntur & intra cutem & carnem pedicilli pruritum haud mediocrem fufcitantes.

Pediciill

CRithe ab hordeo tuberculũ eft in palpebris nafcens vn de & hordeolũ latini.Oculorũ aũt e quorũ pupulis ẽ ho mini vifus fenfuum fi non primus faltem fecundus ægritudi nes funt Ophthalmia a qua ophthalmicus medicus Xeroph thalmia:Lipirudo:Ectropium:Gramiæ:Epiphoræ etiã tefti culorum:Lagophthalmos:Mydriafis:argema q̃ albugo leuco ma:nubeculæ e quib⁹ interdũ cæcitas Sors lœto durior oi vt ille inquit:Glaucoma plumbum:Scotoma vertigo Aegylops amaurofis:ãblyopia:Ancylops & Hypochyfis fuffufio quã a fluore ex græco vulgus cataractam nũcupat vel qa vifũ vt opi nor impediat nõ aliter q̃ cataractæ in fluminibus & canalib⁹ liberum decurfum tranfuerfæ pofitæ impediunt:Ammianus cataractis auulfis ad diffundendas reprimẽdafq; aquas rigare fuetas opere faxeo ftructis:Item fublatis cataractis vndas eua gari fufius pmiferũt.In portis quoq; ciuitatis cataracta e ferro lignoue demiffa obftat ingredi volentib⁹.Liu.porta cataracta

Crithe.
Hordeolũ
Vifus.
Epiphoræ
Argema
Suffufio
Cataracta

Luſcitio
Luſcitioſi deiecta erat clauſa: eſt & Luſcirio morbus qui Nyctalo pia: vñ
Luſcus luſcitioſi & nyctalopæ per noctem meli⁹ ꝙ per diem vidẽtes
Cocles vt eſt apud Theodorũ Priſcianũ: nã luſcus vitioſus eſt vnico
Monoph tantũ oculo: quem monoculũ coclitẽ deſioculum etiã: græci
thalmus monophthalmõ dixere: Myops vero niſi admota videre non
Myops poteſt.
Ozena OZena morbus eſt vlcus naribus iducẽs vſqꝫ ad oſſa illa
queę ab anguſtiis vocãtur Iſthmoidę: mali odoris: vnde
a putore ex gręco nomen accepit. Lędunt & naſum polypus:
coryza: grauedo: catarrhus piruita: mucus & rheumatiſmus e
capitis diſtilationib⁹: multaqꝫ aliunde cauſata: at auribus vñ
Rheuma auditus procedit Parotrides iſeſtæ ſunt: ex collectionibus in
tiſmus his glandulis hic inde: quę Adenes gręce dicũtur: Tinitus: &
Hęmop ſurditas. In facie vero & ore prouenire ſolẽt oſcedo. Rhagades
toea in labris & anoſciſſurę: aphræ: hęmoptoea a pectore ſtoma-
Mẽtragra chu iocinoreue deriuant: cinicoſpaſmos: diſodia: ephelis: lẽti-
Lichen go: Melanię: furfures qui etiam capitis ſunt: mendagra quæ
Emproſth lichen: & emproſthoronos cũ mẽtũ adhęret pectori: dequib⁹
otonos ſępicule apud Pliniũ.
Parulides PArulides tubercula ſunt iuxta dentes in gingiuis naſ-
centia: vt ſcribit Celſus: & Epulides quoties in gigiuis
caro excreuit: dẽtes ipſi ignibus indomiti tabe cauãtur. quæ
Vua nõnunꝗ dolorẽ acutiſſimũ parit: Vua quę ſtaphylis humore
e palato depẽdet interdũ nõ ſine periculo. Nã vt eſt apud Ariſ
totelẽ primo de hiſtoria animaliũ ſępius ſtrãgulat. hinc Sere-
Toles nus. Si vero afflictã lãgor deięcerit vuã. Aut illã toſti puluis
Tonſillę releuabit aneti. Aut cinis ex cochlea. Fauces tumor occupat ꝗ
Angina toles/autore Põpeio/tõſilia ẽt noiaꝭ/cõicato morbi & loci noie
Synãchis vt gręcis quoqꝫ pariſthmia: angina vero obturãꝭ plurimũ/cu/
ius ſũt teſte Cornelio celſo ſynanchis/cynãchis & paraſynan-
chis/Seren⁹ ad anginã: verũ ãgina ſibi mixtũ ſale poſcit acetũ
voluẽdũ fauce ſonora: Anginã vinariã iquit feſt⁹ hře dñr ꝑ vi
no ſuffocãtur: at brãchus uocis quę dicit Raucitas (aliis licet
ex cauſis) accidit tamẽ etiam cũ deſtillationes in Arteriã aſpe-
ram defluũt: Intumeſcit & aliquib⁹ guttur ſpõgioſis quodã-
modo tumorib⁹: qui hereditarii fere ſunt nõnullis domibus
& nationib⁹: aquarũ accidit id plerũqꝫ vitio: vt traditur: Vnde
gutturoſos paſſim videm⁹ Comẽſes & etrãſpadanis pluri os
ſicut calui oli Myconii dicũtur omnes: Plinius de ſuccino: ho
dieqꝫ trãſpadanarũ agreſtib⁹ fœminis monilium vice ſuccina

gestantibus maxime decoris gratia sed & medicinę quādo Tō sillis creditur resistere & faucium vitiis vario genere aquarum iuxta illos infestante guttura & vicinas carnes.

Opisthotonon dicimus ex gręco quando ceruix annectit scapulis:tetanon cum flecti non potest:de quo vt opinor Serenus. Opisthotonon Tetanos

Et si ceruices durataq̧ colla rigebunt:
Anseris aut pingui torpentia colla fouebit.

At gibbus in scapulis pręcipue tumet inter vicia corporis nō morbos numerādus:a quo gibberosi:qui fiunt si in septima pte arietis habuerint horoscopū vt sentit Iuli⁹ Firmicus in.viii. Quid autē differat morbus a vitio docet Au.Gellius libro.iiii. noctiū atticarū. Est & Bronchocœla in ceruice tumor haud mediocris & rotundus de quo Celsus meminit in septimo. Gibbus

Caper siue Hircus & græca dictione qua vtitur Martial'. Tragos morbus est sub'alis propter fetorē Hircinū sic appellatus.Hora. An grauis hirsutis cubet hircus in alis. Catull⁹ Valle sub alarū trux habitare caper. Ab alis aūt ad vngues nascuntur. Chiragra morbus articularis. Paronychia quæ rediuium. Panus/phygethlon/Pterygium/ & verruce quæ etiā in aliis partibus corporis intumescunt. Serenus. Caper Tragora. Chirag Paronychia Verrucæ

Interdum existit turpi verruca papilla
Hinc quondā Fabio verum cognomen adhęsit
Qui solus patriæ cunctando restituit rem:
Id poterit vitium sanguis curare lacertæ.

Stomachus in quo cibi cōcoquuntur rex corporis & paterfamilias merito nominatur. Serenus. stomach⁹

Qui stomachum regem totius corporis esse.
Contendunt niti vera ratione videntur:
Huius eni validus firmat tenor omnia membra
At contra eiusdem frangunt̄ cuncta dolore.

Ipsius morbi apostema singultis/intercisio/anonesia fastidiū siue nausea & Malacia/ Pneumatosis inflatio/elcosis exulceratio si Theodoro Prisciano credimus:& Dispepsia id est mala concoctio:quando cibi non perficiuntur. Nam pepsis concoctio. Vnde Pepticæ medicamenta quæ foris adhibentur ad concoctionem. Anonesia. pneumatosis Elcosis Dyspepsia Pepsis

Stomachus subest pectori a quo ad anum vsq̧ interiores morbi homines torquent cruciant affligunt.tussis: & pertussis inueterata:pneumonea:asthma,Dyspnoea orthopnoea. phthi-

Lipothy sis:cardia:hydrophobos:pleuretis:lipothymia lipopsychia ve
mia defectio mediocris spirituum:& syncopis maior ambæ ex cor
Sincopis de:Paresis:scintillatio:hæmoptoea sanguinis excreatio Theo=
Hęmop doro Prisciano de q̃ dixim⁹ veluti Diabrosis : Rhegmochas=
toea mos & Anastomosis:Epaticus morbus:Hydrops:aqua Inter=
Scirron cus scilirosis. Bilis atra:choleræ: celiacus morbus:dysenteria.
Mola tormina lyenteria . tenasmos. ileos a quo Iliosi.scirron simile
Lithiasis quoddã molæ qua laborant fœminę.lagonopo non.colũ.te
Hernia lum.vermina .lombago . Nephritis vnde Nephriticus : stran=
Phimosis guria substilium dysuria ve.lithiasis calculus in vesica.offoca=
Fascinum tio vuluæ & Reuma rismus :satyriacis:cisocele enterocelæ bu=
Mẽtula bonocele porocelæ sarcocelę hydrocelę epiplocelę herniæ vl'
Muto ramices . At phimosis erit cũ glans membri virilis qđ fascinũ
Sedes mentulam:& mutonẽ appellant:ita tegitur præputij pellicula
Hęmor vt nudari non possit:Rhagades vero sycosis ficus:& condilo=
rhoides mata sedem : hoc est podicẽ infestãt : vt hæmorhoides cæcæ
comprimis:de quibus Serenus.

Excrutiant turpes anum si forte papillæ.
Agrestis prodest radix super addita porri:
Dulcia cumq; nigra iunges fuligine mella:
Aponisq; super pellit medicina dolorem

Gonorhea & Gronorhœa profluuium geniture:Intertrigo autẽ ex atritu
Intertrigo fit mẽbrorum æstate viatorib⁹ p̃sertim sudore proueniẽs.Pli.
in xxiiii.virgã populi in manu tenentibus intertrigo nõ metu
atur:hæc gręce Paratrima:

Coxẽdix

COXENDIX vertebra cũ Naruo dicitur quę fœmo=
ra trũco annectit:hæc luxata si fuerit dolorẽ mouet:hic
Ischia sæpius apud Plinium remedia ponũtur ad luxatas coxẽdices
infestatur & schia quã qui patiũtur nõ generãt : quod accidit
in õnibus animalib⁹ vt Arist.i proble. testa: Loripedes quoq;
Coxa idest claudicãtes facit. Serenus. Sæpius occultus victa coxẽ=
Phimata dice morbus Perfuri & gręssus diro langore moratur . Sed &
Stremata luxata menbra quęcũq; a græcis strẽmata .dicta dolores mo=
uent : A coxa vero quę eadem est:ad calcẽ nascũtur. phimata
hoc est tubercula:ingunarię:varices:chironium:clauus:mor=
Myrmetia ticini:callus:flema: gemursa:acrocordona: tymon:myrmecia
Podag a quam latini formicationẽ alibi etiam prouenientem vocitant
Perniones Podagra morbus peregrinus : vnde latinum nomen non ha=
bet : & perniones calcanea per hiemem exulcerantes a quib⁹

ad morbos qui plurimas vel omnes corporis partes occupant transeamus.

FEbris plura sūt genera: quotidiana: quæ āphemerinos tertiana: quartana vnde quartanarii: periodice hemitriteus: cōtinua: causō: epialos: stegna: synochus: hectica: & ephimeris vnius tātū diei & accessiōis: de quibus est apud Plinium Auicennam Galenum & cęteros medicos. Est in eis horripilatio leuis motus: frigus. horror: & calor feruidus quo latine nomen accepit Nā a feruore febris dicitur: sicut pyretus grę ca dictione ab incendio: hic Lexipyrettos medicamē finiens febres. Aristoteles in proble. Totius inquit corporis excedens caliditas est febris: alii a morbi feritate deducunt: curātur omnes medicaminib⁹ purgatiuis quæ cathartica appellant: phlebotomia per scapellū venę adactum: Nā altera cucurbitali scabies suppurationes mēbra liuida & aliā quædā leuātur: Deieta quoq; hoc est victus tenuis prodest impēsius cōfert etiā vomitus: quē & reiectum & reiectionē Plinius & Celsus dixere inde ægyptii omnes morbos ieiunio & vomitu curabant: & bragmanorum Didymus ad Alexādrum scripsit: medicinę remedium nobis parsimonia est: quę non solum illapsos potest curare langores: sed etiam procurare ne veniant. Legimus in decretis Pontificalibus de conse. distin. v. Abstinētiam corporales morbos curare quos ciborū superfluitas contraxerat. Asclepiades autem vomitum eiecit in libro de tuēda sanitate: vt scribit Cornelius celsus. Nam oculis maxime & dentibus officiens frigiciora reddit corpora: cōmendatur & frictio quę fricatio in nōnullis ægritudinibus: Non īprobātur & carmina: quæ vtpote vana & magica nunc a sāctissima vetissimaq; ōnium christiana religiōe interdicta sunt: Serenus quoq; scriptū reliquid.

Febris Amphemerinos Quartanarii Ephemeris Horripilatio Pyretus cathartica Scalpellū Deieta Vomitus Reiectus Parsimonia Abstinētia

Nam febres vario depelle carmine posse
Vana superstitio credit tremulęq; parētes.

Carmina

Operari autem vidētur exinfirmorū affectione: quę & erga medicum & res ceteras cum fuerit plurimū ꝯferet ad tollēdas ægritudines. Vexatur & plurifariam gen⁹ humauū inumerabilibus morbis: e quibus paucula numerabo cōpluria relictutus: ne scriptus in tergo nec dum finitus libellus enchiridion excedat. Sunt igitur elephantiasis quę elephātia: cachexia aurigo Icteros regi⁹ arpuatusq; morbus paralisis quę hemiplexia. stupor spasm⁹. neruorū dolores vñ neruici: phlehmon

Affectio Elephantiasis

Antrax

vigiliç/fiſtula/ſcabies/impetigo:Pſora/puſtula/Herpete/Lepra boa hoc eſt papula rubens/phagedęna/vomica/apoſtema:quę ſuppuratio furunculus/grandines/Lenticulæ/meliceria:ceriō gangilia/atheromata ſteatomata eiuſdem fere gn̄is tubercula: epinyctides:antrax ſiue carbunculus/ nomæ/ panus/papulæ. Vari/bubones/ſtrumę quæ ſcrophulæ:Carcinoma cuius ſunt Cacoethes & Thymiū/gāgrena/cācer/alphos quę viriligo/leu ce/Melas/ſynctexis defectio Vnde ſynctetici:q defecti. Acmę Eryſipelas/Pyricauta/& ignis ſacer/de quo Serenus

Synctexis

Synctetici/ cus.

Eſt etiam morbi ſpecies quæ dicitur ignis:
Languida quo multo torentur membra calore
Vel tu vicino ſeuum bouis igne remittes
Mollituq; lines:vel odoris fecibus oua
Sed non cocta dabis:ſic torrida membra fouebis
Lumbricus terræ mixto inducetur aceto
Aut parili noua ruta modo:ſed iūguis oliuum
Ouaq; cum betis proſunt ſimul illita tritis

Vita nr̄a

Bulla

Cū igit̄ tot ac tantis(vt cætera taceā)vexemur morborū ægritudibus profecto vita hæc noſtra quę vt flos matutinus eſt:ſiue potius Bulla nec hilū fœlicitatis habere pōt:& ideo nō plurimi quidē ſed nauci faciēda:terrena iſta p̄cipue quæ ad gehennā trahunt oīa aſpernēda. Cœleſtibibus vero aſpirandū:in quibus quies trāquilliſſima:immēſa lætitia. Vita nullius indiga:& athanaſia diuos ex hoībus tranſformatur poſſidet:quæ bona bonoꝝ optima facillime(dicant quicq̄d velint irreligioſi)lucri facere poteſt human fragilitas:cū vnica tantū candidiſſima benigniſſimaq; charitate illa p̄mereri valeat. Hęc exigit vt proximi dilectores deū amemus. Proximi dilectio erit nō facere illi quod ipſe pati dedignareris. Dei vero qui nobis ſocer & Eleuterius eſt:amor cultus latria & veneratio quæ cū vbiq; tū in templis præſertim eſt exhibēda. & domi in ſacello de quo hęc paucula ideo ſubiūgere cogimur.

Athanaſia

Diui

Charitas

SACELLVM CAPVT. VIII

Sacrum

Res diuia.

SAcellū a ſacro loc⁹ dr̄ in quo res diuina fit q̄ primos oīm Caynū & Abellū Adami filios Deo vero & maximo feciſſe ꝯſtat:nā diis prio ſacrificaſſe Meliſſū antiq̄ſſimū regē cretenſiū ex ſentētia Didymi ſcribit Lactan. Eſt aūt ſacrū vt exponit Macrobius ex autoritate Thebatii quicquid ergo deorum habetur:Res ipſa diuina ſacrificiū apud nos ſignificat non vt oli ex victimis holocauſtū:ſed ex puriſſimo corpe & ſanguine Ihū xp̄i dei redēptoris hūaniſſimi:q innocentiſſim⁹ crucis patibulū ſubire:& pro peccatis noſtris ſeip̄m offerre immolandū

Ihefus

Chriſtus

non recusauit. Ad hanc principes (licet absq; magna necessitate in locis profanis fieri nō debeat) sacellū in ædibus (vt antiqui larariū) habere cōsueuerūt. Quod si fuerit prę cęteris locis ornatius esse debet: vt pote in quo Deus trinitas indiuidua (in qua per quā & a qua sunt omnia) diuersatur: Sit canibus ac reliquis brutis occlusum: absint rerum omniū sordes: Sit testudiatum cū pictura vernāte habeat arā mormoreā ad oriētem spectātē: vel saltē tessellā e marmore in æræ medio si ea fuerit lignia vel lateritia: Altaria nāq; nisi marmorea (vt in decretis Pōtificalibus iubetur (cōsecrari nō debēt: & absq; sacrato lapide res diuina nō est offerēda: Instrata sit ara liteis mūdissimis Sint puræ vestes sacerdotales Amiculū capital ve Noegeum Talare: Cingulū: Manipul⁹: Sudariolū: Orarium Stola: & id genus cætera. Pura inquit Festus vestimēta sacerdotes ad sacrificium habebāt id est nō obsita nō fulgurita nō funesta nō labē hoc est maculā habētia: Sed magis purus sit ipse sacerdos & talis qualis Aaron Mosis frater qui primus sacerdos a Deo est cōstitutus: hinc Tibulius

Larariuм.

Deus Trinitas

Ara

Secretos Ntet

Ethnicus poeta. Discedat ab aris.
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus:
Casta placent superis: pura cum veste venite.
Et manibus puris sumite fōtis aquas. Et nos quoq;
Christo casta placent: manibus purissima puris
Frangite Liba: malus sit procul omnis odor.

Sit Missale: sint cādelabra argētea vel orichalcea in quibus ponātur Cādelæ: vel cærei ex punica cæra albicātes: & flāmā cū opus fuerit nutricātes: sine qua Missa nō est celebrāda: Sit Calix Patina aurata: & quæ ad calicē spectāt omnia nitidissima: Nec procul amululę ad aquā & vinū crystallinæ per Hierodulū ministrādę: Sit ad cōspectū sacerdotis imago Iesu crucifixi: siue tutelaris Diui: quē aduocatū dicim⁹: vel cādidissime Virginis Mariæ effigies nō Caietano sed Tēperelli aut Frācisci Marmittę nostratis ducta penicillo: & talis qualē Iconiam Lucas Euāgelista colorib⁹ deliniuit: vt ad Orādū itre eūtes alliciēs cū veneratiōe detineat: Vn⁹ eni qsq; i larario domi colit simulacrū ei⁹ diui quē peculiariter venerat: vñ Lāpridi⁹ scribit Alexādrū Cęsarē: si cū vxore nō cubuisset matutis horis in larario suo rē diuinā fecisse: In quo Diuos pricipes: sed optimos electos: & aias sāctiores: i qb⁹ Apolloniū & xpm & Abrahā & orpheū habuisse dicit: Enos aūt prim⁹ oim quos Scim⁹ nomē Dñi iuocauit: Oratio ipsa sit breuis ex corde Nam in multi

Hierodoluz
Tutelaris Diuus
Caratan⁹
Iconia Imago
Oratio

tudine verborum non flectitur deus sed in cordis affectu: vt ex decretis Pontificalib⁹ decons. dist. quanta didicimus: & in tertia dicitur. Adoratio imaginum nō picturam sed picturæ represētationem venerat̄. Sit inibi antepensilis Lāpas siue Cicidela nitidula quę lumen funiculo in oliuo præbeat & seruet: Sit acerra arca thuraria siue Thymiaterium: cum Thuribulo: nec desit vasculum cum aqua benedicta & aspergillo: cuius roratu venialia delicta remittūt̄ & īsidię Dęmonū cū fātasmatis fugant̄. Sed iam falcem a messe fere aliena retrahens ad magis nostra: transeo.

Adoratio

Acerra

Thymiaterium

Aspgillū

BIBLIOTECA CAPVT VIIII.

BIBLIOtheca vt inquit Vlpianus de legatis tertio ac Pompeius & apud grecos & apud nostros tā librorū magnus per se numerus q̄ locus ipse in quo libri collocati sunt appellat̄: Ausonius Gallus poeta Emptis ꝙ libris tibi Bibliotheca referta est Doctum & grāmaticum te Philomuse putas: Plinius in . xxxv. Asinii Polionis hoc Romę inuētum: qui primus Bibliothecā dicando ingenia hominū rēpublicam fecit. An priores cœperit Alexandriæ & pergami reges q bibliothecas magno certamine īstituer̄ nō facile dixeri: Strabo cosmographici operis. xiii. Aristoteles inquit primus omniū quos scim⁹ libros cōgregauit: & ægyptios reges Bibliothecæ ordinem docuit. Primus equidē liberaliū disciplinarum libros athenis publice legēdos posuisse dicitur Pysistrat⁹ tyrānus. Nomen ex græco sortitur nam biblos liber est: vnde bibliopola vēditor librorum: Theca repositoriū: hinc chirotheca a manibus: Pinacotheca a tabulis deducta: a libris latini libraria vocāt Aul⁹ Gelli⁹ In libraria ego & L. Paul⁹ consideramus: qui illius curam habuerit Bibliothecarius dicitur: Bibliothecæ ipsæ ad orientem spectare debent ita libri non putrescunt: vt autor est Vitruuis arcihtectus in. vi. nam quæcumqȝ ad meridiem & occidentem apertiores habent fenestrarum tineis & humore libros vitiāt: ꝙ venti humidi aduentantes procreant illas & alunt: infundentesqȝ humidos spiritus pallore volumina corrumpunt: Vnde vel in parietibus quidam vel ex tabulis armaria extruunt ad libros contināedos: quæ forulorum nomine significari pleriqȝ omnes apud Iuuenalem existimarunt cum īquit: hic libros dabit & forulos mediamqȝ mineruā: Fiunt & armaria incubiculis culina & cœnationib⁹ verum ad alios vsus vt videm⁹: Sed caue sine delectu quoscūqȝ libros cōgreges: onerat discētē v̄ba/nō īstruit: mul

cōgregari primo libri

Biblos

Theca

Pinacotheca

bibliopola

Libraria

bibliothecarius

Foruli

Armaria

toq; satius est vt inquit Seneca paucis te autorib⁹ tradere q̄ er= rare p multos: caue etiā (quod peius esset) ne sacroꝝ opera ing⁹ niorum in speciē & cultum parietum cōparent: Alexandriæ. xl. milia liborum pulcherrimum regiæ opulentiæ monimen= tum siue potius studiosæ luxuriꝫ spectaculum arserūt.

Libri olim ex papyro nunc e charta. præferuntur vt opti= mi ex mēbrāis: Apud antiquos binis ūbilicis decorabāt

Papini⁹ quarto Siluarū

Noster purpure⁹ nouusq; charta.

Et binis decorat⁹ vnbilicis:

Martialis.

Et frōtes gemino decēs honore:

Pictis luxurieris vnbilicis: Porphirio Hora. interpres Vmbilici inquit in fine libri ex osse aut ligno solent poni vnde ad vmbili cum adducere est finire: apud nos binis tabellis cōstricti addi= tis fibulis corio vestiūtur arte speciora insculpto: Talis ornatus supra trecētos sexaginta humanarum litterarū in Bibliotheca sua posuit Georgius Anselmus nepos: oīm horarū amic⁹ ocu= lissim⁹ Imo idē Mari⁹: in quo ingeniū cū doctrina: doctrina cū ingenio de principatu contendunt. Libri autem ipsi qui & co= dices vnde codicilli inde nomen acceperūt ꝙ ante vsum char= tæ papyraceꝫ de libris arboꝝ volumina fiebāt: nam liber arbo ris est cortex interior: Verg. Vdoq; docent inolescere libro: In li bris paginæ sūt dictꝫ ꝙ suā quęq; obtinēt regionē vt: Pagi: vel apāgēdo: ꝙ in illis vel s⁹ panguntur idest figuntur autore Pom peio. Plinius Cecilius Ego non Paginas tantum sed etiam ver sus syllabasq; numerabo. Harū extremitatē marginē licet ad: alia transeat dixere: vñ emargino extremitates recido: A libro autem est per diminutionem libellus paruus liber siue epistola: vnde libelliones vocabant antiqui quos nūc Tabelliones: vt a notis Notarios: & petitio in iudicio porrecta in quo significa= tu legulei vtunt. Est librari⁹ qui græce Bibliographus libros transcribit: Hi fuerāt vt diximus ex papyro nascente in ægypti palustrib⁹: aut nili aquis quiescētibus: cum ex ea fierent chartę diuisæ acu in tenuissima folia: in quibus āptiquiores scripserunt sed prius quod aplerisq; etiam nūc obseruatur concha marina expoliebāt vt cursus esset calamo facilior: Marcialis: Leuis ab æquorea cortex mareotica cōcha Fiat: in offēsa curret harūdo via: & Pli. in: xiii. scribit papyraceā chartā scabritiā leuigari dē te cōcha/ve: vbi mēdose ī plurib⁹ codicib⁹ dēte cōcauo legit.

Vmbilci
Georgius Anselmus Nepos
Libri
Codices
Liber
Paginę
Margo
Libellus
Libellio
Tabellio
Librarius
bibliographus
Papyrus

CHartã ab vrbe tyri charta: victoria magni Alexandri repertam autor est M. Varro cõdita in ægypto Alexãdria: ãtea chartarum vsus non fuerat. Palmarum foliis primo scriptitatum est: vnde ad hanc vsq; diem folia chartæ dicimus: deinde quarundam arborum libris: postea & plumbeis voluminibus monumẽta publica: mox & priuata linteis confici cœpta aut cæris. Apd nos hodie charta e lineis canabinisq; pãnis veterib⁹ & attritis producitur. Secti i frustula aqua ispersa per dies .xi. macerantur: & in pila aquaria pilis ferratis minutim contusi addita calce in alteram transferuntur: exemptos deinde in aquaria tinia cum posuerint formis aquam transmittentibus in singula extrahunt folia: quæ laneis pannis alternatim ingestis prœlo calcantur: ædificioq; ad id patulo prius siccata: mox glutino facto ex pellium quisquiliis siue tamentis: quæ coriarii & menbranarii reponunt ad hunc vsum: feruefactis itincta: rursus siccata & vitro leuigata aptissima redduntur ad tolerandos calamos: & atramentum non transmittendum. In hoc Parmenses chartæ sibi principatum vendicarunt: cum in candore præ cæteris Fabrianæ commendentur. Prima enim chartæ datur adorea: si non est bibula & atramentum non sorbet: quod si fuerit siccandę scripturę: ne fiant liturę erit vtilis. Fiunt autem plura chartarum genera: cęteris omnibus tenuior est epistolis dicata nomine inde adepto: quæ & augusta dicebatur. Plinius in .xiii. Nimia quippe augustę tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis: & mox augustæ in epistolis auctoritas relicta: firmior est libraria ad libros aptissima: regalis quæ Regia inter Macrocola: magnitudine reliquas apud nos antecellit: vnde nomen sortitur oli Claudiana appellata. At Bononiæ regiæ maior est imperialis libris tẽplorũ ad musicã per horas officiales idonea: q̃ oli Hieratica: vilior est emporetica: q̃ inutilis scribẽdo inuolucra segestriũ vice mercib⁹ prębet: & ideo a mercatorib⁹ cognomiata: quasi mercatoria: græce eni ẽporos mercator: & emporiũ locus mercatus & nundinationis ad quẽ distrahendi præstinãdiq; causa cõueniunt mercatores: chartaceum inuolucrum cuculũ dicemus & venditorem chartarum chartularium nos gręci chartopolin.

Eolia chartæ — Charta apud nos — Parmẽses chartę — Fabrianę chartę — Bibula charta — Epistolaris — Augusta — Regalis — Claudia — Imperialis — Emporetica — Cucullus — Chartopolis

MEmbranarum vsum pergami repertum fuisse tradit M. Var. supprimẽte chartas Ptolomęo vñ pgamenę dictę. Diuus Hiero. Chartã defuisse non puto ęgipto ministrante cõmercia: & si alicui Ptolomęus maria clausisset tñ rex Attalus

Mẽbranæ — Pergamenę

menbranas e pgamo miserat:vt penuria chartæ pellib⁹ pensaretur:vñ pregamenarũ nomen:ad hanc vsq̧ diẽ tradẽte sibi in uicẽ posteritate seruatum est. Membrana vero:vt verbũ exprimam⁹ ex verbo iterũ abrasa palipsestus dicitur:quæ vilissima est. M. Cicero ad Trebatiũ:quod i palipsesto laudo equidẽ par simoniã:sed miror quid in illa chartula fuit quod delere malueris q̃ hęc scribere.nisi forte tuas formulas. Catullus ad Varrũ: Nec sic vt fit i palipsestos r̃lata. Iuriscõsulti deletitiã intepretantur:nã abrasis priorib⁹ litteris rescribitur. Vlpianus Chartę appellario ad nouã refert & ad deletiã pinde & hopistographo si quis testat⁹ sit hinc peti potest bonoꝶ possessio. hopistographum vero dicimus i tergo scriptũ. Plinius iunior: Electorum q̧ cõmentarios clx. mihi reliquit hopistographos. Vñ Hopisthocomas euboicos scim⁹ dictos q̧ post terga comã fusã aleret sicut Acrocomas Thraces q̃ Antias capneas ve i frõtem muliebriter dimittebant. Palipsest⁹ Deletitia Hopistographum

SChedæ & p dimunitionẽ schedule dici possũt folia chartæ:vt Neoterici appellãt:nõnulli phyluras postq̃ pagellis Philyraceis hoc est Tiliaceis prisci vice chartaꝶ vsi fuerũt: Quitil. Nam qui õnes etiã idignas lectione schedas excusit anilib⁹ quoq̧ fabulis accomodare operam potest:vbi paginas itelligere etiã possum⁹ ac litterarũ monumẽta. Et diuus Hieronymus ad Iulianũ Ecce tibi noster Ausonius cœpit schedulas flagitar̃ vrgere notarios: Item ad virgines Hemonenses: Et vobiscũ uolebam plixius loqui:& angustia schedulę cogebat tacer̃: Schedia vero apud græcos sũt q̃ nos extẽporalia vocam⁹:vñ Apulei⁹ in deo Socratis i isto ait Schedico & incondito experimini anidẽ sim repẽtin⁹ qui pparatus. Schedæ Schedulę Phylurae

PVgillares tabellæ apud ãtiquos erãt ceratę in q̃bus stilo scribebãt:vñ cęræ siipliciter nominatę. Plinius iunior ad Corneliũ Tacitũ Ad retia sedebã: erant in pximo nõ venabulũ sed stil⁹ & pugillares meditabar aliqd & notabã:vt si man⁹ vacuas plenas tñ cęras r̃portarẽ Apul.:Dolebã me hercules q̧ pugillares & stilũ nõ habeã:q̃ tã bellã fabellã pnotarẽ eoꝶ vsũ ãte Troiana tẽpora fuisse scribit Pli. i. xiii. ex Homeri autoritate Sũt autẽ pugillariũ alii eburnei ex ore cãdicãtes vsib⁹ senioꝶ deputati. Sũt triplices & q̃ntuplices:sũt citrei et citro:& a menbrana mẽbranei nominati. Pugillaris Cæræ Eburnei Mẽbranei

GRaphium stilus est ferre⁹:a grapho scribo deductum: eo enim i pugillarib⁹ scripser̃. Suetone⁹ i Claudio Graphiũ Graphiũ

Graphia riatheca
Graphiarium

& libellos quos tenebat in manu: & in Iulio Cæsare narrat illũ arrepto graphio brachium cascæ traiecisse: agraphio theca fit graphiaria: cuius meminit in Claudio: & apud Martialẽ Graphiariũ dicitur repositoriũ graphiorum: Hæc tibi erũt armata suo graphiaria ferro Mittit eni poeta thecã graphiis refertã: Hinc est suo ferro armatã vt ifra de calamaria: sortitus thecam calamis armare memẽto: Stilus autẽ scribit in cęra: autore Diuo Hieronymo: vnde Martianus: Stilos acuunt cerasq̃ cõponunt: at calamus in charta.

Stilus
Calamus
Plutus

PLuteũ tabulã appellare possum⁹ cũ ad plurima referatᷣ qua vtũtur qui litteris dant operã & scribũt: Persi⁹ Nec pluteũ cedit: nec demorsos sapit vngues. Sidonius Grãmaticales pluteos aut athenei cuneos aut armaria extructa bibliopolarũ: nã tabulę quib⁹ aliquid præsepitur: autore Põpeio: Plutei dicũtur: & crates crudo corio intextę quæ melitib⁹ op⁹ faciẽtib⁹ opponi solebãt sub hoc vocabulo significatᷣ.

Cartes

Atramẽtarium
Atramẽtũ
Sepia

ATramẽtariũ vasculũ quo atramẽtũ cõtinetnr. Hiero. Ezechielis. viii. Atramẽtariũ scriptoris ad renes eius. Atramentũ autẽ ab atro nigro colore deducũt. de quo Pli. in nono Effuso atramẽto quod ꝓ sãguine his est offufcata aqua abscõdũtur Item in. xi. vt sepię in mari sãguinis uices atramẽto obtineat hinc Persius.

Tunc queritur crassus calamo ꝙ pẽdeat humor
Nigra ꝙ infusa vanescat sepia lympha.

Scriptoriũ
Librarium

Atramẽtũ quo scribim⁹ scriptoriũ Celsus: Librariũ Vitruuius nũcupat: cui⁹ cõpositionẽ docet Dioscorides: Plini⁹ quoq̃ in xxxv. Fit & fuligine inquit plurib⁹ modis: Resina vel pice exustis: propter quod etiã officinas ædificauere fumũ eum non emittentes: Laudatissimũ fit eodem modo e tedis: omne autẽ atramẽtũ sole perficitur librariũ & tectoriũ glutino ad mixto Eadẽ nunc etiã fuligine oleo quod elini semine fit & pice græca (vt cetera taceã) simul mixtis ad ignẽ in vase donec subferueant vtũtur Calchographi ad atramẽtũ glutinosũ illud librariũ: nã atramẽto quo litteras calamo notamus fuliginẽ nõ miscent nostrates: Est enim & atramẽtũ sutoriũ quo pelles tigũt Coriarii: Pli. xxxiiii. Gręci cognationẽ ęris fecerẽt noĩe & atramẽto sutorio appellãt eni calchãtũ & paulopost subdit: diluẽdo fit atramẽtũ tigẽnis coriis: Demadẽ scribit Plutarchus in Salone in primis laudatũ qđ Draconẽ dixerit nõ atramẽto sed sãguine leges notasse cũ etiã mima delicta capite puniret

Sutorium
Calchãrũ

miniũ quoq₃ græce Milton in librorũ ſcriptura vſurpabatur a
Challia Atheniẽſe prio: in argẽtariis metallis inuẽtũ: vtimur & Milton
nos hinc miniati codices dñr: cũ litteræ in eis maiores non tã= Miniari
tũ ex illo: ſed etiã ex alia materia diuerſicolores fiunt.

CAlami ad ſcribendũ cæteris aptiores melioreſq₃ ſũt ægy
ptii. Plinius in. xvi. Cartiſq₃ ſeruiunt calami ægyptii ma Calami.
xime cognatione quadã papyri. Mart.
Dat chartis habiles calamos memphitica tellus.
Texantur reliqua tecta palude tibi. Cõmendantur & Gnidii.
Calamis quoq₃ vtunt̃ in prelio orientis populi vice ſagittarũ.
His eni penna addita mortẽ accelerãt. Addũtq₃ ſpecula irreuo Spítula
cabili hamo noxia. Nullus aũt aptior ſagittis calamus q̃ qui in
rheno Bononienſi amne reperitur cui plurima ineſt medulla
pondusq₃ volucre. A calamis theca calamaria in qua reponun/ calamaria
tur. hinc diſtichon: Theca.
Sortitus thecam calamis armare memento:
Cętera nos dedimus tu leuiora para
Suetonius in Claudio. Ne cuius comiti aut librario calamarie
& graphiariæ thecæ adimerentur. Sũt & calami ad Tibias vn
de Tibiales dicti & gręce Auletici. Tibiales

PEnna plures hoc tempore vtunt̃ ad ſcribẽdũ qui ſunt li= Auletici
brarii: vnde Pennariũ & thecã pẽnariã dicemus vbi pẽ= Pennaria
næ ipſæ condunt̃. Nuperrime cœpit vtpote m puero in cre= Theca.
pundiis ars olim vt aiũt a germanis inuenta ęre litteras & ita li
bros formis vt vulgo dicitur excudendi: qua tantũ vna diecu=
la notant: quantũ librarius per annũ vix poſſet exarare Artifi= Chalco
ces ex re Chalcographos appellamus: quibus (modo diligen= graphus
tiſſimi ſint) plurimũ debent doctrinæ cupitores & litterarũ di
lectores: cũ inde ſcriptorũ ſcaturierint prius incogniti riuuli li
brorum. cęterorũ vero copia emanauerit. Scribere aũt non ſo/ Grapgia
lum eſt litteras notare: ſed etiam pingere: veluti apud græcos Orthogra
vieφαρ: vnde graphia ſcriptura & pictura: hic orthographia phia. zo
recta ſcriptura. Zographia animaliũ pictura. Singraphũ quę graphia
fit in rei alicuius teſtimoniũ ſcriptura: Idiographus liber pro= ſingraphũ
pria alicuius manu ſcriptus: ſicut Authograph⁹ manu autoris Idiogra

TAempocon gręci dixerũt gen⁹ ſcribẽdi deorſum verſus phus. Au=
vtnunc dextrorſum ſcribimus: autote Pompeio: Aegy= tograph⁹.
ptii ſcribũt inquit Herodotus hiſt. 2. a dextro in ſiniſtrũ manũ Taempo=
referentes: quã cõſuetudinẽ ſaruant hocetiã tẽpore apud nos con.
qui ſunt iudei. Eſt qui neceſſitate vrgente ſummiſſo capite pa

Grāma tocyphon

pyrū supra genu tenēs scribat Gāmatocyphon nūcupatus

Anulum Epistolæ apostoli Epistoliū Libelli Diploma ta Gemmæ

ANulum sinatoriū quo testamēta epistolæ quæ apostoli etiā a mittēdo & epistolia: libelli diplomata & id genus cætera signātur dici/ nomine ipso apparet: paulus iurecōsult⁹ anulus iquit signatorius ornamēti appellatione nō cōtinetur Valerius Maxim⁹ de Sylla Vt anulo quo signatorio vtebatur sculptā illam traditionē haberet. Nam gēmę in effigies varias cęlantur anulisq; includūtur signandi gratia quēadmodum Diuus Augustus initio imperij Sphinge signauit: mox Alexandri magni imagine nouissime sua: vt referunt Plini⁹ & Suetonius: Dicunt autē ad actus nostros prosperādos plurimum cōferre Magni Alexādri imaginē anulo gestatā Celebratur & rana Mœcenatis: Locri ozolæ phocidis in anulo signatorio ciuitatis stellā habebāt isculptā hesperū: Pōpei quoq; gēma q̄ signabat fuit ensifer leo qdē tñ nullas admittūt gēmas: sed auro ipso signāt: vt Claudii Cæsariis pricipatu reptū est apud Babylonios: teste Herodoto: figuli anulū gestāt signatoria: Policrati inquit Samioꝝ Regi gēma erat signatoria smaragd⁹ quā gestabat opus Samii Theodori: anulū græci Dactyliō vocant vnde Dactyotheca: Prisci apud Romanos vngulū postea gręci & latini symbolū. Dactylotheca autē ipsa & plures gēmas notat & repositoriū hinc Dactylotheca legata: vt tradit Pōponius & Vlpianus de legatis tertio: & anuli & theca intelligūtur Martialis Sępe grauis digitis elabit̄ anulus vnctis: Tuta mea fiet sed tua gēma fide. Prim⁹ Scaurus Syllę priuign⁹ Dactylo thecā excogitauit: at Pōpei⁹ Dactylothecā mithridaticā i capitolio dicauit: Anulos vero singulis/digitis primo getere mos fuit qui sūt minimis ꝓximi: sic i Numę & Seruii Tulii statuis: vt scribit Pli. videm⁹: q ab his digitis & man⁹ pręserti sinistrę neruū quēdā tenuissimū isectis corporib⁹ humanis: quas anatomas idest dissectiones greci vocitāt ad cor tēdere cōptū est. Legim⁹ i decretis Pōtificalibus xxx. questione quīta: Spōsum nouæ nuptę digito quarto anulū idere: vt sicut ab eo vena cor di cōiūgit: ita eoꝝ corda sint vnita: is pronub⁹ dicitur quo veluti Arrabone noui spōsi oppignerāt: nā pronubi & ꝓnubę & a gręcis paranymphi & Paraniphę i obseqo sūt nubētiū postea pollici proximo: quē idicē latini/gręci lichanō: teste Boetio in musica nominānt: iduere deoꝝ simulacris: dei n iuuit & minimo dare. Gallibritāniq; dūt imedio vsi. hic nūc solus exci-

Dactyliō Vngulū Symbolū Dactylo theca

Auro signant

Vsus anulorū

Anatome pronubus paraniphi index Lichanon

pitur:cęteri omnes onerātur:atq etiam priuatim articuli alii minoribus:hinc Seneca in vltimo naturaliū quęstionū exclamat. Exornamus anulis digitos In omni articulo gēma dispo‑nitur. De anulorum origine & iure cōplura traduntur a Plinio in.xxxiii. quæ breuitatis gratia omisimus:cui cordi est noscere is satis habeat autorē esse monstratū: apud quem siquid copiosius voluerit inueniet.

CAera expressis fauis in varios colores pigmētis trahitur ad reddendas similitudines signandas epistolas & innumeros mortaliū vsus. punica optima existimatur quę candida est. Insolatur cæra id est ad solē sub dio ponitur & post insolationē decocta candescit. Nigrescit autē addito chartarū cinere. sicut ære vir idi admixto Virescit:& anchusa rubescit. Cæra Punica Cæra.

SCrinium libris seruandis est idoneū ne a tineis & blattis cōsumantur. Martialis scrinii lemmate pręmisso Scriniū

Constrictos nisi das mihi libellos.
Admittam tineas trucesq Blattas.

Horatius in primo sermonum.

Ne me Crispini scrinia lippi.
Compilasse putes verbū nō amplius addam.

Libris inquit Vlpianus iureconsultus legatis vt Cassius & sabinus referunt neq armaria neq scrinia neq cętera in quibus libri conduntur cōtineri satis notū est. scriniū grece chartophilaciū:nam philaci custodia est:hic Gazophilaciū in sacris literis arca ad custodiendas oblationes apud Iudeos:& Corbona dicta. Significat & capsam qua res preciosiores & secretę ipri‑mis scripturæ seruantur:vnde scriniarii secretarii quos etiam a secretis dicimus:vt scribas ab epistolis & Grāmateos & cācellarios: Archigrāmateos vero principes scribarum. In scriniis Mithridates grauiores epistolas & Darius vnguēta habuerūt. Alexander postea captis Darii castris eius scrininm vnguenti libris Homeri seruandis destinauit Chartophilacium Gazophilacium. Scriniarii. Secretarii A secretis. Ab ep̄l'is Archigrāmatei.

ARMAMENTARIVM CAPVT. X.

ARMAMENTARIVM ab armis vt nomen indicat locus ęst in quo arma & tela reponuntur: Iuuenalis quicquid habent telorum armamentaria cœli. Valerius Maxi. Habebat inquit armamentarium omnis generis telorum copia refertum. T. Liuius de bello macedonico Conflagrarunt & Horrea regia & armamentarium cum ingenti apparatu machina‑

rum tormentorumq; . Armamentarium alias ab armamẽtis est vbi naues habenť. Plinius Philon athenis armamẽtario mille nauium. Arma aũt ab arcendo nomen acceperũt q͛ his hostes arcemus vt autor est Marcus Varro in libris linguæ latinæ. At Pomp. & Seruius ab armis id est humeris q͛ ab his pendeãt dicta existimarunt: cũ tela vsũ præbeant iaculandi & procul proeliandi: siue potius q͛ armis oneri sint. Arma & tela militaria a Sãnitibus Ro. veteres sũpsere: & insignia magistratuũ pleraq; ab Etrhuscis: vt scribit Salust. Primus fabricatis armis Mars qui Gradiuus milites armauit pugnãdiq; vsum ĩduxit Vnde ab ãtiquis deus belli creditus. At primi chalybes ferꝝ quo abũdant erutum domarunt. Hic chalybs apđ poetas. Romę aũt armoꝝ tractandoꝝ meditatio a. P. Rutilo cons. tradita est. Is. n. accersitis ex ludo C. Aurelii Scauri gladiatorib⁹ vitãdi atq; iferendi ictus subtiliorem rationem legib⁹ ĩgenerauit: quã tenẽt etiam qui apud nos sunt gladiatores ita animaꝝ prodigi ac si cucurbitæ caput haberent. Qui totis armis contectus equo insidens in pugnam procedit cataphrastus dicitur: si tamen & equũ habeat vndiq; lorica munitũ vt est penes Aelianum de re militari ad Hadrianũ ĩperatorẽ. Arma ipsa græce Hopla. Inde hoplomachus qui armatus in speciẽ iustę pugnę dimicat: & Hoplitides slierꝝ si q̃ sunt statuę armatę. Verg. Arma & rusticoꝝ & pistoꝝ instrumenta appellauit. Itẽ fraudes: hinc est: & querere conscius arma. Erunt igitur oĩm generum instrumenta: veluti Sutorum: acus/subulæ/mustricola/ modioli/forfices/scalpra digitalia. Fabri materiarii serta/terebella/cœlum/ dolabra/ascia/circinus/bipenis/securis/securicula/lima/rũcina/linea q̃ tingitur rubrica: Tornum/mymphur/amussis. Cemẽtarioꝝ trulla/malleus/norma/libella/perpendiculũ/quiquepeda/ decẽpeda/penicillli/tectorii: Pictoris spongia/ penicilli/ vriculũ/ ad encausticen. Fabri ferrarii ęrarii argentariiq;: Folles/tudites/q pyrobolę/incus/forceps: Formæ verucula/scobilis/siue scobina. Laniorum bilances in quibus tutrina per quam examẽ: culter/statera/cratis/cultelluli/alueolus/mensa quę lanionia. Venatorum retia/plagæ/venabulum/calami viscati ad aues: Semiplotia/culter venatorius/ anites: Agricolarum aratra & cum rotulis/ planaratra/ vomeres/ stimulus & / rulla ad purgandum aratrum illi addita: plaustra/ traheę/ pectines/ rastra/ ligones/ sarcula/marrę/pastinum/ hirpices/ falces lumariæ: messoriæ/ fœnarię/arborarię/ fiscinę/ fiscellę/ bidentes/ rastelli/ furcillæ/

Tlae
Arma prio
Mars
Chalybs
Caput cucurbitę
Cataphrastus
Hopla
Hoplomachus
Sutorũ arma
Cementarii arma
Tutrina
Examẽ
Lanionia mensa.
Agricolarũ arma.
Planaratra
Rulla

corbes/rutrum/tribula/ventilabrum/chilindrus/vannus/quali/roncones. Nautarum rudentes vela artemones licet potius mēbra nauis esse videantur vel addiméta. Anchoræ/harpagones bolis/tōsæ qui remi/manicæ. Aleatorū talli/tesseræ/calculi/qni scruppi & latrones:alueol⁹/tabulla/latrōcularia/tabellę pictę fritillus. Musicorū fistula/monocordiū/tibię/lyra/cythara/in quibus neruiæ:plectrum monaulum mercurii inuentum decachordon/heptachordon & id genus cętera a numero chordarum:sambuca a troglodytis monstrata:organum barbiton arpæ:Gerulorum qui vastazontes qui baiuli: & a Persis gāgabę dicunt pertica/restis/saccus/vtres ad liquida portāda/muli mariani/erūnulæ/phalaugæ quę Sceyophoria. Tonsorū pectē nouacula/cotes/foculus/matiacæ pilæ/sapo/forpex/auriscalpiū/calamistrū/speculū/muscariū/setaceū/discernicula. Studiosorum libri:graphiū/calamus pugillares/lucerna/atramentariū/cultellus/forficulæ. Et hæc e multis pauca sufficiāt: icœptum iam opus aliquantulū euagati prosequamur.

Tonsę
Scruppi
Monaulū
Baiuli
Gangabe
Vtres
Studiosorum arma

G Alea quæ cassis a galero:vt scribit Marcus Varro: nomē accepit:ea caput armat: quā Lacedęmonii primi iuenere Diodorus iuentionē curetib⁹ assignat huius summitatē conū appellant:in quo cristę e pēnis auiū quas cares mōstrauere ponuntur. Vergilius. Terribilē cristis galeā flammasq̨ vomentē Prudētius in psichomachia: Hirsutas quatiens galeato vertice cristas: & Plinius in decimo de struthiocamelo alite. Conosq̨ bellicos & galeas adornātes pennę:de caudis quoq̨ animaliū antiqui fecere:hic est. Cristaq̨ hirsutus equina:a quo etiā Iubę dicūtur: vt illic: gaiarū errore iubarū. Galeæ pars e qua spiritus educitur Buccullę nomen est adepta. Iuuenalis. Lorica & fracta de casside Buccula pendēs. Sunt & galeę fronte & ceruicetenus caput tegentes quib⁹ vtūtur pedites lancearii & Hippotoxotę addito torque ex anulis ferreis vel laminis ad iuguli im primis tutamentū. Galea ipsa & scutum a scythis ad egyptios traducta sunt vt refert Herodotus.

Galea
Cassis
Conus
Cristę
Iubę
buccula
Torquis ferreus

L Orica quam thoracem nonnulli dicitur ꝙ antiquitus vt scribit Var. e loris de corio crudo pectoralia faciebāt:postea succuderūt galli sub id vocabulum ex anulis ferreis tunicam. Vnde Vergilius in quinto. Leuibus huic hamis consertam auroq̨ trilicem Loricam. Apuleius in libro de mundo Cum tuba bellicum cecinit milites clangore accensi:alius accingitur gladio:alius clypeum capit:ille loricase induit & Su e

Lorica
Thorax

Lorica sub veste

tonius scribit Augustum Cęsarē in reformatiōe senatus vsum lorica sub veste ferroq; cinctum præsedisse: hāc Mydias messe nius primo monstrauit.

Manica Brachialia Femoralia

Manicæ a manibus dicunt quibus milites e ferro in præliis pugnantes vtuntur ad earum defensionem: veluti a brachiis brachialia: ab humeris humeralia: & a fœmore fœmoralia. Sūt etiā manicę & quib⁹ noxiorū manus cohercent. Apuleius in floridis. Quid si manus manicis restringantur: qd si pedes pedicis coartent? Prudentius in psichomachię hemistichio manicisq; tenacib⁹ arctat: & quib⁹ hyeme aduersus frigora manus tegunt. Plinius Cecilius in epistolis. Ad latus notarius cū libro & pugillarib⁹ cuius manus hyeme manicis muniebant: vt ne cœli quidē asperitas vllū studiis tēpus eriperet.

Chirothecæ Chiromātia Chirographum Chironomia Manus

Gręci Chirothecas manuū dicūt operimēta: nā chira illi manum vocāt: vñ chiromātia diuinatio p manuū liniamēta. Chirographū ꝓpria manu scriptura: & chironomia lex gesticulationis manuū deducunt. Apud Lucanū eo loco. Ast alias manicęq; ligant teretesq; catenę. Machinulas notāt ad capiēdas naues excogitatas: q̄s etiā man⁹ vocitatas Pericles ath. inuenit.

Ocrea Ocres

Ocreæ q̄ crura tuent ideo dictę: quod opponātur ob crus vt scribit Varro. At Pōp. inde nomen deductum existimauit quod sint inequaliter tuberatę. Ocrē montē confragosū veteres nominarunt: de his Verg. Tum tenuis ocreas auro electroq; recocto: & Apuleius in Cosmographia: hic galea caput ille crura ocreis inoluit. Ocreas primi cares inuenerūt: vtebant illis eqtes: sed & scutati pedites ferreas ocreas i dextris crurib⁹ cogebant accipere: vt est apud Vegetiū libro primo de re militari: nā crucifragio homo sternit: quo noie crurū fractio notat veluti & ceruicifragio ceruicis addidere nonnulli Costifragiū

Crurifragium Ceruicifragium Costifragium Calcaria

Calcaria e ferro dicta quod calci adnectant ad equos cōcitandos. Ouid. Nil nocet admisso subdere calcar equo. Calcar inde pro ipetu & stimulo iterpretatus est Nonius Mar. eo Varronis loco. Ventus suo casu vehementius sufflare & calcar admouere: calcaria etiamnū quibusdā auibus data vt gallinaceis vtilia tantum in pedestri certamine quod sępius cōmouent: si duo sint in eodē gallinario: autore Aristotele de partibus animalium vltimo.

Clypeus

Clypeus a glypho quod est sculpo nomen mutuatur. Plinius. Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est

continebantur imagines:vñ & nomen habuerunt clypeorum: non vt puersa grãmaticorum subtilitas voluit a cluendo deduci:Cluere autem pugnare est:primi clypeos inuenerunt Præt⁹ & achrit⁹ iter se bellãtes.siue chalc⁹ athamãtis filii vt:idẽ r̃fert l.vii. apud ãtiquos vt cotumati⁹ ferꝝ trãsmitterẽt tauroꝝ & boũ coriis vestiebãtur.Papinius in achileide. Cirrha sagitiferas certat stipare pharetras Lerna graues clypeos cesis vestir̃ iuuẽcis:aurũ postea addider̃.vñ chrysoaspidas Alexandri seueri Imperatoris legim⁹:nã aspis grece scutũ est & chrysos aurum Ab argẽteis aũt scutis argyroaspidas dicem⁹.Scutum ipsũ a secturá nomẽ accepit.qa fit tabellis minuti desectis vt autor est: Marcus Varro in libris de lingua latina. At Põpeius ꝙ nõ sine pellib⁹ fiat:nã σκυτος grece pellis ẽ vñ & scorta & scuticæ.q a corio taurino etiã Taureę dicũtur.Sunt autem scuta vt iquit Seruius equitum:clypei vero peditũ:sed a scriptoribus vsurpãtur:inter quorũ genera est pelta scutum paruũ & leue a quo peltastę & peltati pedites: q inter leuem armaturam adnumerati macedonica armatura vtũtur:verum leuiore:vt est apud Aeliamũ de re militari ad Hadrianũ Imperatorem Est Cetra e paruulis scutis:vt scribit Marcell⁹.Est & Parma & Parmula fer̃ quod Pelta sed rotũda dicta quod in omnes partes par sit.quæ omnia ad corporis tutelã habẽtur.vnde Africanũ Scipionẽ cum ornatũ scutum elegãtius cuiusdam vidisset nõ mirari sed dixisse perhibent quod adeo illud ornasset in quo plus pręsidii q̃ in gladio haberet:autor Frontin⁹ libro quarto strategematicon Parma Itẽ vt cosmagraphi tradũt: Galliç Cisalpinç nũc Lombardię clarissima est ciuitas:mihi patria & natale solũ:quæ vt apud Liuiũ iu nono de bello macedonico curiosissimie obseruaui:consulibus Claudio Marcello & Fabio Labeõe ciuium Romanorũ colonia est deducta: celebrabatur lanarũ copia & bonitate:vñ epigrãmatari⁹ poeta.Tõdet æ enumeros gallica Parma greges.Itẽ:Velleríb⁹ primis apulia Parma secũdis.Nũc vero caseo sciti saporis cui⁹ massulas Orbiolas vocãt:õniũ etiam reꝝ copia redundat:ita vt merito dici possit:Aurea fruges En Parmæ pleno diffũdit copia cornu.& hic sperare possis veluti de Samo retulit Menander lac gallinaceum In hoc quod nimiũ est:&nollẽ(dicã tamen)dãnar̃:suos pellit deuorat: Externos suscipit alumnatur:& quod pene præterieram inscitia inuida:lupa imꝓba: stultitia incõstãte quorũdã semipaganorum nunc municipaliũ: musas etiam duabus vel tribus quatuor ve

Cluere
Chryso aspide
Aspis
Chrysos
Argyo aspide
Scutum
Scytos
Scuticæ
Scorta
Pelta
Peltati
Cetra
Parma
Parma vrbs
Colõia ro.
lac gallinaceum

ad summũ ædibus apud eam diuersantes temptat eliminare.]

Ex stomacho

Hinc nos ex stomacho in satyra
Properate lanistæ
Alea schœnobates scurræ damnista nepotes:
Sunt decus hic merces hic honos Gymnasia vobis
Plena:fauor populi:dixit non esse capacem
Delphini Amphicrates pelum.fuge docte citelle:
Verres Autolyco non displicet:& cato magno
Nã colit & similem diligit sibi quisq;:Valete.

Parmẽses. veri

Ciues attamen ipsi qui sunt veri Parmenses:nam pridẽ in tyberim syrus defluxit orontes:virib⁹ insignes ac optimi milites ingenio fide integritate cõmendanť:Cimbris olim ad Vercellas superatis Mario & Catulo ducibus:cũ orta esset contentio inter milites de victoria in hęc pacta ventũ est vt legati Parmẽsium:qui tum aderãt de hac re iudicarẽt: Nec minorẽ laudẽ literis merenť multiiuga doctrina celeberrimi:hinc est (vt cęteros taceã)Cassius poeta sub Augusto Cæsare:Basinius noster Aratus:Blasius pellicanus philosophia magicaq; arte illustris. Georgius Ancelmus alter Aesculapius vir vndecũq; eminentissimus:qui de Astrologia in primis pluribus uoluminib⁹ editis Cœlestia oculis subiecit.Nã macrobiũ nostratẽ fuisse a paucis est receptum.

Parmẽsiũ ingenia

Hasta

HAsta q; stans feri soleat vt interpretatur Marc⁹ Var.In libris linguæ latinę:opud antiquos præcipuũ belli signũ fuerat:vnde Cartaginẽses cũ Romanis bellũ inituri hastã misere:eadẽ viri fortes donabanť:ab hasta fit hastile & equites hastati:qui ea quominus decertant:horũ alii scutũ gerunt vt scribit Aelianus a quo scutati vocantur:alii sine scuto hasta impugnant:qui noie speciali hastati dicunť & cõtanti a conto hasta lõgiore & robustiore.vt est apud Martellũ.Virg.duris detrude re cõtis Et Iulius Capitolinus narrat Pertinacis imperatoris caput conto fixũ milites qui eũ occiderant p vrbẽ in castris pertulisse.Hastas aũt primi lacedęmonii inuenerunt:hasta etiã in auctione adhibita:hinc venditionẽ auctionariã Tertulianus nõ ineleganter hastarium nominauit.

Hastile
Hastati.
Scutati
Contat
Contus
Hastariũ

Lancea.
Lucullea

LAncea teli genus longissimũ hispanica dictio est nõ latina vt tradit Aul.Gellius in noct.atri.ex. M. Varronis testimonio:hancoli a noie luculli lucullea appellarunt: scribit Suetonius Salustio luculliũ Britanię legatũ q; lãceas nouæ formę dici luculleas passus esset exilio a Domitiano Cęsare mul-

ctarum. Lanceã primos Aetholas inueniſſe Pliniano teſtimonio receptũ eſt: græci lonchen nominãt. Vnde lonchophoros qui apud nos eſt lancearius: nam Dory eſt haſta a qua Δορυφόρος ſatelles. Quicũq͂ habuerit horoſcopum in .xvii. parte aquarii Lanceatus id eſt Lancea percuſſus morieť vt inquit firmicus Maternus.

Lonche
Loncho phoros
Lancearii.
Dory

Bipennis ſecuris ex vtraq͂ parte acuta: autor Marcellus: ea & arbores procumbunt: Vergilius crebriſq͂ bipennibus inſtãt: & i bello hoſtes trucidãtur. Idẽ de camilla in vndecimo
Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.
Item de ſecuri.
Aera: am quatiens tarpeia ſecurim.
Et ſonat icta ſecuribus ilex.
Fraxineæq͂ trabes.

Securis

Securim ad bella Pãtheſilea amazonum regina inuenit: Dicta autem eſt a ſecando: vel quaſi ſemicuris vt notat Seruius. curis lingua ſabinorum haſta nuncupatur. Inde curetis iuno & Quirinus. Secures ipſę & id genus cętera arma bellica ad pugnam acuenda ſunt: aptiſſimæ ad id habenť Cotes. Vergilius acuũt in cote ſecures: Apuleius de aſino aureo. Gladiũ cotis attritu parabat. Horatiꝰ in ſatyricis ſermonibus: fungar vice cotis acutum reddere quæ ferrũ valet exors ipa ſecandi: plura earũ ſunt genera: oleo quædã indigent tonſtrinarum officinis habiles: aliæ aqua trahunt aciem acerrimo effectu: nonnulle ſaliua hominis proficiunt. Italia cotes aquarias fœniſecis dedit limę vice falcibus imperantes

Bipennis
Curis
Curetis
Quirinus
Cotes
Olearię
Salinariæ
Aquariæ

Gladius enſis dicitur c in g mutato a clade q̃ fit ad hoſtiũ cladem vt infert M. Varro in libris lingue latinæ: hũc primi Lacedæmonii inuerũt: alii curetes cræte primo monſtraſſe exiſtimarunt vt Diodorus in ſexto. Præterea galeã & cum armis ſaltandi morem. Fiunt aũt gladii vnicam tantum aciẽ habẽtes & imprimis falcati: cudunť & ex vtraq͂ pte ſecãtes quos ancipites dicimus. In enſe enim & id genus cæteris quæ ſecat acies vocatur: alias inſtructos exercitus ad dimicandũ hoc nomine ſignificamus: eſt quadrata acies ea Perſę & Siculi vſi ſũt atq͂ etiã maior fere pars gręcorum: alia cuneata a cunei quo ligna & materiam oẽm ſcindimus forma: qua ſcythas & Thraces vſos perhibent: quin & macedones ſuadẽte Philippo. Tertia quæ a græcis Embole ad Rhumbi ſpeciẽ a theſſalis primũ

Gladius
Enſis
Anceps gladius
Acies
Cuneus

facta est qui plurimum equitatu potentes fuere Iasone vt ferũt autore. Verrunt aũt sese equites vt in quemuis prospectum pateant:teste Aeliano:Gladii ipsius manubrium Capulus a capiendo. Tranquillus in caligula. Veniam ĩquit veniam & hic mecum:capulũ gladii crebro verberans quo cinctus erat. Et Spartianus in Adriano: Capulo vix eburneo spatã clauderet:ita.n. ensem vocitamus: & minorem Semispatam. Apule. Militaris etiam sacramẽti genium ob amissam Spatham verebatur: dictio est græca:nã illi σπάθη dicũt & macherã. Inde Machero phori & Spathiferi qui Ensiferi: & Macheropius faber gladiorum. Mucronẽ quoq; nõnulli: qui proprie cuspis & acumẽ est ensis ac telorum. Apul. Circulatorẽ aspexi equestrẽ spathã pacutam infesto mucrone deuorasse. Seneca ad Luci. Gladiũ bonum dices non cui deauratus est balteus:nec cui vagina gẽmis distinguit Sed cui ad seccandũ subtilis est acies:& mucro munimentum oẽ rupturus. Plinius Capuli militũ ebore etiam fastidito cælentur argento:Vaginæ batillis: Baltei Laminis crepitent. At capulus ꝓprie quicquid capit aliquid autore Marce. Vnde feretrum siue Sandapilam loculum ue capulũ nũcupãt. Idẽ Apul. hac dictiõe Sepulcra significauit in quarto Metam. Ibi capulos carie & vetustate semitectos qb⁹ ĩhabitabãt pulue rei & iã cinerosi mortui passim ad futuræ ꝑdæ receptacula referamus:nã capulus ꝙ corpora capiat:vt Nonius ĩterpretatur. Hic capularis senex morti vicinus vt scribit Fulgẽti. A gladiis Gladiatores dicimus qui in monomachia duello ue ĩter se ferro solẽt certare docti vt olĩ apud ro.a lanista rationẽ inferẽdi & euitandi ictus: qñ familiæ fuerũt gladiatoriæ. Vñ Munerarii munus dabãt gladiatoriũ:in quo paria gladiatorum cõponebãt: veluti Threces aduersus Mirmillones: & homo vt inquit Cyprianus occidebat in hois voluptatẽ. Est & Romphea genus gladii. Val. Flaccus. Nec ferro breuior nec romphea ligno. Est Framea quam Marti dedit antiquitas.

Capulus · *Spatha* · *Machera* · *Macherophori* · *Spathiferi* · *Ensiferi* · *Mucro* · *Feretrum* · *Sandapila* · *Loculus* · *Capularis* · *Gladiator* · *Romphea* · *Framea*

PVgio q̃ hypocoristicos pugiunculus dicit̃ ꝙ eo pũctim pugnamus vt notat Põpeius alii a pugno cui subest dũ infert̃ vulnus. Narrat Suet. in Claudio. Iuxta eius cubiculũ cũ pugione hoiẽm e plebe media nocte deprehẽsum fuisse:& Frõtinus libro secundo. Strategematicon. Q. Sertorius inquit cũ acie decertarent Barbarum qui ei nunciauerat Hirtuleium perisse cũ pugiõe traiecit:romani nãq; orbis gloria pucti pugna

Pugio · *Pugiunculus*

uere vt testatur Vegeti⁹:q̄ monet non cesim sed punctim ferre docēdos esse Tyroēs. Qui a zonis balteisue militarib⁹ depēdentes portantur Parazonia dicuntur de quibus disticho lusit Martialis. Parazonia

Militię decus hoc gratiq; erit omen honoris.
Arma tribunitiū cingere digna latus.

VAgina theca est qua gladii conduntur: Papi. Thebaide: Exuerat vagina turbidus ensem aptaratq; neci: Claudian⁹ de nuptiis Honorii. Gladiosq; tegat vagīa minaces: & Sene ad Luciliū: Nec bonū nec malū vagina gladium facit: ergo de corpore quoq; idem tibi respōdeo: hic euaginare est ensem nudare & ferrū strīgere: Hieronym⁹ siue is est ali⁹ Ezechielis duodecimo Gladium euaginabo post eos. Vagina Euaginař

VEnabulū telum venatorib⁹ aptū latissimū est & aciei lōgissimæ vt autor est Marcell⁹: venabula apud nos cornibus hinc inde extātib⁹ vtiliora reddūtur ad feras excipiēdas ne ī venatorē irruant etiā trans fixæ: Mart. de venabulo quod primum Pise⁹ iuenit distichon est in apophoretis Venabulū

Excipiēt apros expectabūtq; Leones
Intrabūt vrsos sit modo firma manus:

DOlones dicūtur intra quorū virgam latet pugio aut secūdum Var. vt refert Serui⁹ Ingētes cōti cum ferro breuissimo: Verg. Pila manu sæuosq; gerūt ī bella Dolones: & Sueto. in claudio reperti inquit & equestris ordinis duo in publico cū Dolone ac venatorio cultro prestolātes: Dicti autē sunt a dolo q̄ decipiāt ferro cū speciem præferāt ligni: Et claua quoq; telum est militare notissimū: quo vtebatur Hercules: gręce Rhopalū & quandoq; ΡΟΠΑΛΗ. Vnde Corynephorus clauā ferens q a nostris clauator appellatur vt scribit Fest⁹ qualis Peripheta ob id Coryneta nūcupat⁹ a Theseo īterfect⁹: quē postmodū ei⁹ claua vsū ferrunt in certaminibus Dolones Claua Rhopalū

IAculū quod cū amento mittitur a iaciendo vt sentit. M. Var. Est enim ad iactū: Amētum ipsū lorū est quod medio tolo religatur vt habili⁹ vt lōgi⁹ mittatur autores Seruius & Festus Pompeius: Sil. Italicus. xiiii. Hasta iuuatur amento: Prudentius in Psichomachia: Nec stridula lancea torto emicat amento. Iaculum cum amento primus ætholus Martis filius inuenit. Corrigias etiam teretes q̄ lora & ligamēta nōine amēti significam⁹ Plini⁹ Soleisq; sine amento insignis in Metelli pu Iaculū Amentū Corrigiæ Lora

Pila

blicæ porticu. Erāt & inter missilia quibus præcipue pedestris vtebaẞ exercit⁹ quę pila & a quibusdā spicula dicibanẞ: ferro subtili trigono pfixa nouem vnciaȝ sesipedali: quod i scuto fixum non poterat abscindi: & loricam fortiter directum facile perrūpebat: vt est apud Verg. libro primo dere militari: hic (vt opinor) Pręplatę hastę dicūẞ q̄ ferreas habēt cuspides: Sed & quæ absq̧ ferro in mucronē vt sudes exacutæ sunt: legimus & cuntos præpilatos diuersos omnino ab illis qui sicilices id est spicula lata habuerit: Generaliter tamē pila a perimēda quasi perilla: autore Varrone: tela romana sunt sicut gessa Gallorū Sarissæ macedonum.

Gessa Sarissę

Arcus Sagittę

ARcus qbus sagittas emittem⁹: vtraq̧ scythes iouis filius inuenit: sagittas alii persē Persiei filiū mōstrasse existimāt Cretenses arcus & sagittādi repertorem fuisse appollinē affirmāt: vt scribit Dio. arc⁹ / gręce toxos inde hippotoxotę eq̄stres sagittarii: vt tradūt C. Cæsar intertio belli ciuilis commētario Thucydides hist. ii. & argyrotoxos appollo argēteum arcū gerēs: Veteres etiam arquum dixere vn̄ arquites q nunc sagittarii a sagittis: qbus spicula proprie cuspidulas e ferro addim⁹. Qu. Curti⁹: Alexāder sagitta ictus est q̄ in medio crure reliq̄rat spiculū: sed quod lacertis vibrāt & quod arcu emittūt hoc nomie significaẞ: hi poeta: & spicula vibrāt: Itē spicula conuerso fugiēcia dirrigit arcu: Sunt enim lanceę breues aspicarū: vt volunt specie: talibus vtuntur Scorpionarii. & veruta appellāt: quibus penna additur scelestissima fraude: si qdē vt oci⁹ mors ad hominen pueniret pennas ferro dedim⁹. hęc in sūmo crenam habēt quam intrat neru⁹ chorda siue funicul⁹ quo arc⁹ tenditur qui sūmis cornib⁹ suas etiā crenas habet in quibus collocatur sedetq̧ neruus: probaẞ ad pēnas sagittarū glutinandas ichthyocolla: glutēq̧ ex tritico manduco idest masticato: ac Viscum e cameleone herba candidū quod in creta fœminę etiam mandūt Lucubrationis gratia ne dormiant in opere. Plurimæ autē vtilitatis ad victoriam in prelio sunt boni sagittarii vt Cato in libro de disciplina militari dilucide ostendit hic African⁹ Scipio cum aduersus Numātinos qui exercitus populi Ro sub iugum miserant esset acie decertaturus aliter se superiorem futurum esse non credidit nisi in omnibus cēturiis electos sagittarios & fūditores miscuisset vt r̄ferūt Vegeti⁹ libro primo & frōtin⁹ qnarto strategematicō. Salu. de Iugurtā. Ipse cū expeditis cohortibus de hic fūditorū & sagittariorū delecta manu apud

Toxos Hippotoxote Arquites Arquites Spicula

Veruta Crena Neruus Sagittarii vtiles Ichthyocolla

primos erat. Persæ & Parthi sagittis impensius vsi sunt vnde cum Leonidæ diceretur Persas sagittis nubes facturos: pugnabimus in vmbra melius respondit. Parthi vero etiã fugientes vt nunc Turce iaculabant: vt scribit Plutarchus in Crasso & Appianus in Parthico. Vergilius Fidentemq; fuga parthum versisq; sagittis.

Pharetra. Pharetra grecũ vocabulũ theca est qua reconditæ sagittę portantur. Ouid. Dãt illis animos arcus plenæq; pharetræ. & poeta: Alter amazoniam pharetrã plenamq; sagittis. Choryti vero proprie sunt arcuum thecę: aliquando & sagittarum vt autor est Seruius apud illud Maronis. Quis tela sagittę, Chorytiq; leues humeris & lœtifer arcus. Silius Italicus Choryti
Paruulus ex humero chorytos & aureus arcus
Pendentesq; sonant aurata lynce pharetre.
Item Cœlestibus implet Choryton telis: quorũ sine sanguine nullum Effugit. Scranteum quoq; in quo sagittas recondim⁹ ab eadẽ ratione dicitur qua scortum: scytos .n. grece pellis est: vnde scuticæ verbera e corio & scuta ꝙ non sine pellibus fierent: vt iam dictum est. Scranteũ. Scuticę. Scuta.

Funda a fundẽdo ꝙ fundat lapides apud baleares primo inuenta est: vt scribunt Seruius Vegetius: vnde poeta. Stupea torquentẽ balearis verbera funde. Claudianus. Nunc glandes baleari spargere funda: sunt enim glandes e plũbo pilulæ in glandis speciem: quæ fundis per funditores mittebant in hostes. Salustius in Iugurta. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Verg. Pars maxima glandes liuentis spargit plũbi. Et Seneca in quęstionib⁹ naturalib⁹ Liquescit excussa glãs funda: & attritu aeris veluti igne liquescit. Tales nunc mittunt machinulis quibusdã quas & Spingardas & Scluppetos neoterici appellant. Pli. vero fundam non balearicos: sed Phœnicas scribit inuenisse. Balearici quidẽ optimi fũditores iudicati vt est apud Diodorũ: nam a teneris ad fundas exercebant: ita ne panis quidẽ pueris exhiberetur nisi funda scopũ prius attigissent: vt autores sũt Strabo & Vegeti⁹. Scop⁹ .n. a σκοπεῖν quod est speculari & diminutiue scopulus notam cõstitutam significat & locũ ad quem tela dirigimus: Funda autem vel iaculis vsi sunt in pugna pedites leuis armaturæ: quos & expeditos & velites nuncupamus. Rorarios etiam vt Pompeius testatur. Funda item genus est retis piscatorii vt sagena. Vergili⁹ in Georg. Atq; alius late funda iam verberat amnem. Funda. Spingarde. Scopus. Scopulus. Velites. Rorarii.

Balistæ

BAlistæ tormēta sunt quibus saxa maiora & grauiora mittuntur: vt notat Marcellus. Oui. in tristibus. q̄ graue balistæ mœnia pulsat onꝰ: & metamor.

Nec melius pulsata sonat q̄ ferreus olim:
Cum laceras aries balistaq; concutit arces

Aul. Hirtiꝰ de bello hispanēsi. C. Cęsaris. Simu'q; balista missa a nobis turrim deiecit. Lucanus pro machina hastam iaciēte accepit: cū inquit. Neq; enī solis emissa lacertis Lancea sed tenso balistæ turbine rapta. Silius Italicus vtramq; excussionem his versibus expressit.

Adductis stridula neruis
Phocais effundit vastos balista molares.
Atq; eadem ingentis mutato pondere teli.
Ferratā excutiens ornū media agmia rumpit: emittebat & alia

vnde Frontinus libro secundo Strategematicon: Caputq; eiꝰ balista excussum intra munimēta hostiū misit: Seneca in naturalibus quæstionibus. Mā Balistę quoq; & scorpiōes tela cum sono expellunt: primi phœnices id genus tormēti inuenerunt Nunc vero tormenta Aenea saxa rotunda immensi pōderis vi pulueris factitii & ignis emittētia cū sonitu non ielegāter Bōbardas appellamus. Ipē tn̄ pro bombarda balista vsus sum hoc carmine. Fuderat aut vastos fumans balista molares

Bōbardæ

Tormētū

TOrmētum generale vocabulū est oīm machinarū saxa: tela & id genus varia iaculantium veluti est balista: Bōbardas: Spingardæ: catapulta a Syris inuenta: scorpiones nūc arcubalistæ a Cretensibus excogitati: quibus spicula & verruta emittunt per scorpionarios siue mauis arcubalistarios equestres ac pedestres: & scloppeti a scloppo qui est buccarum sonꝰ p similitudinē nomē adepti & nup a germanis (vt volūt inuēti. Lucre. Vt validis q̄ de tormētis missa ferunt. Diuꝰ Hierony. Machabeorū. 6. de Lysia duce Anthioci cōtra Hierosolimam Et statnit illic balistas inquit & machinas: & ignis iacula & tormenta ad lapides iactandos & spicula: & scorpios ad mittēdas sagittas: & fundibula: vbi ignis iacula Pyroboli significantur Machinæ vero sunt artificiose structurę: q̄ magis cōu niunt testudini arieti & vineę ad expugnanda oppida paratæ: & cæteris q̄ gręco vocabulo poliorcetica vocant: de qbꝰ Vegetius & Ammianus meminerūt. Tormentoꝝ aūt vibratores iaculatoresq; ac magistri Tortores dicūt. Et de armamētario hactenus Iā granariū: multiplicē frugū copiā visuri introeamus

Catapulta
Scorpio
Arcubalistæ
Slopetti
Spigardæ
Pyroboli
Machinæ
Poliorcetica
Tortores

GRANARIVM CAPVT.XI.

GRanarium a grano locus est vbi fruges seruantur. Persius in satyris: Iam nunc astringas iam nũc granaria laxes Nonnulli horreũ ab hordeo. Pompeius a farre farreum deducit: Ouidius Horrea formicæ veniunt ad inania nunq̃: Nullus ad amissas ibit amicus opes. Frõtinus libro tertio strategematicon Quia deficere frumenta videbantur: horrea tota nocte circũduxerunt. Et Plinius in panęgyrico Traiani stupebant agricolę plena horrea quæ ipsi nõ refersissent Granaria sublimata & ad septẽtrionẽ aut aquilonem spectantia disponi debent: vt monet Vitruuius: Plinius: M. Varro: & columella: ita enim frumẽta nõ poterunt cibo cõcalescere sed a flatu refrigerata diu seruabũtur incorupa. Cęteræ nãq; regiones procreãt curgulionẽ & reliquas id genus bestiolas: quę frugibus solent nocere: seruãtur etiam vtilissime in scrobibus quos Syros vocant vt in quibusdã Italiæ locis videmus: Marcus Varro autor est Sic cõditũ frumẽtũ durare annis quiquagĩta: Milium vero plus ãnos centũ. Idem tradit Fabã a Pyrrhi regis ætate in quodam Ambraciæ specu vsq; ad piraticũ magni Pompei bellum durasse annis circiter centũ vingiti: Quo enim spiritus nõ puenit tibi non oritur tinea non curgulio. In granariis muscipulę disponãtur ad mures capiendos: & per foramina ostii felibus introeundi potestas relinquatur: ad mures frumẽta rodẽtes fugandos: hi namq; occulto speculatu insidiantes exiliũt in eos & interimunt: obrepunt & in aues sæpicule: oculos per noctẽ radiantes & acute cernẽtes propter tenuissimũ vidẽti vt ĩquit Aphrodisæus spiritum sortiti excremẽta sua cõtegunt: Greca dictione quidam Aeluros neoterici Cattos ab astutia nomina runt: vtcumq;: Myoctonos est felis quod est murũ iterfector.

Granariũ
Horreum
Farreum
Curgulio
Syri
Faba
Felles
Aeluri
Cattus
Myoctonos
Fruges
Fruměta.

FRugum appelatione cadit quicquid ex fructu terræ in alimoniã vertimus: eaꝝ prima duo sũt genera frumẽta & legumina. Frumenta a fruendo autor e. M. Var. & donato Terentiano interprete dici possunt omnia quæ spicas habent cum arista: aut spicam muticam: legumina vero a legẽdo quę siliquis includuntur: Sunt enim siliquæ eoꝝ thecæ modo rotundæ vt Ciceri: modo chylindraciæ vt piso: cæteris lõgissimæ & pro mensa seminum late: Plinius li. xviii. Omnium satoꝝ aut spicis cõtinetur vt triticum: & mox: aut includitur siliqs vt leguminũ: Calphurni⁹ in Bucolicis: Tãdẽq; legumi

Siliquæ
Frumenta primo

na plenis vix resonant siliquis:siliquę item arboris cerãnię fru ctus iterdũ fa'cati: quos dulcellos pueri nostrates thecas maris nũcuparunt. Frumenra aũt. Isis in ęgypto. Triptolemus aqud atticos docuere:vt scribit Martianus capel. de nup. Philologię & Mercurii: cõminuendœ vero frugis farrisq; fragmẽta pilun no signat Italia:at Pli. Cererẽ cũ ãtea vescerenẽ glãde frumẽta & molere & cõficere mõstrasse in Attica Italia & Sicilia ob idq; deam habitam attestaẽ Lucr. quoq; Cereri frugũ inuentionem & vini libero patri assignat.

Triticũ

Riticum quod spicis tritum sit:vt scribit. M. Varro in libris liguæ latinæ:de illo hæc Pli. Itaq; sapiẽtes agricolæ triticũ tantũ cibariis serũt & alibi. Tritici semine nullũ auidius est nec quod plus alimẽti trahat: tritico nihil fertilius ẽ hoc. n natura ei tribuit quoniam eo maxie alit hominem. Nã ex vno modio si sit aptũ solum:vt in bizãtio africæ cãpo centeni quinquageni modii reddunẽ:misit ex eo loco diuo Augusto ꝓcura tor eius ex vno grano mirũ dictu: difficile creditu quadragita paucis minus germina:misit & Neroni similiter. ccclx. stipulas ex vno grano. Arist. in proble. & Auice. in secũdo triticũ nutri tiuũ esse ĩpensius affirmãt:iter cui⁹ genera est trimestre:qa post sationem tertio mẽse maturescit metiturq; totis alpib⁹: hyema liabus prouinciis notissimum:triticũ simul ac est in horreis cõ ditum frequẽtius debet moueri:ne mucoris odorẽ cõtrahat ex calore. Calescunt. n. in granariis frumenta:& papiliones generant:hi vero tineas illa rodẽtes:ita feruẽs triticũ podagris reme dio est vt scribit Pli. Sexti Põpei prætorii viri patris referẽs exemplum:qui hispaniæ citerioris priceps cũ horreis præsideret correptus dolore podagrico mersit sese in triticũ super genua: leuatusq; siccatis pedib⁹ mirabili mõ hoc postea remedio vsus est. Vis pręterea tanta est feruescentis tritici in horreis vt cados plenos exsiccare dicatur.

Mirum dictu

Trimestre triticum

Papilio
Tinea

Ad podagram

Silígo

Illiginẽ vt Pli. verbis loquar: dixerĩ ꝓprie tritici delitias: candor est & sine virtute & sine pondere conueniens hu midis tractib⁹ quales italiæ sũt & Galliæ comatæ: sed & trãs alpes in allobrogum tantũ aruernorumq; agro ptinax:in cæte ris ibi partib⁹ biẽnio in triticũ degenerat:remediũ est vt grauis sima quæq; grana eius ferantur:sine arista est accepta ea q̃ laco nica dicitẽ:rectã aũt habet spicã: nec ũq̃ maturescit pariter:exterit in græcia difficulter ob id iumẽtis dari ab Homero dicta. Hæc. n. est quã ille vocat olyram:e siligine laudatissimus panis fiebat:de quo iam satis in Cœnaculo.

Laconica siligo

Olyra

FAr ador veteres hinc adoriā laudem dixerunt: q̄ gloriosū eum putarent q farris copia abūdaret: Farre enim popul⁹ roman⁹ vsus est ānis tercētum cū in latio primus antiq = oribus cibus fuerit. Vnde a Farre farina: Est farris genus i Gallia maxime quod Brācem nuncupāt: nostri Sandalā grani niti dissimi. In cibis nō solū bene habētium, sed valitudinariorū & ęgrotantiū febricitantiūq̧ probaẽ lacte amygdalino quādoq̧ conditum. Far Ador Adoria Farina Sandala

SPeltam græci Zeā dixere: frumēti gen⁹ est vt refert Strabo quod iu quibusdā cāpaniæ aruis bis anno seritur. Ex ea apud maiores fiebat Alia potio sic dicta q̄ aleret corpus vt: Pompeius in terprętaẽ: hæc Pompei magni ætate non fuit in vsu: q Zea vtūẽ inquit Pli. nō habeẽ far: est tamē & i Italia p̄cipue cāpano Semēq̧ appellatur. Spelta Zea Alica Semen

ORiza species est frumēti folio carnoso altitudine cubitali flore purpureo ex qua Italici Ptisanā potionē faciūt: Horatius i sermonib⁹: Sume hoc Ptisanariū orizę. Cādore grani in cibariis cōmendatur ad Iuscula testuacia & frictillas: Strabo libro .xv. de India loquens ex autoritate Aristobuli dicit Orizā i aquis clausis stare factis areolis quibusdam: eamq̧ esse ibi altitudine cubitorum quatuor: multi fruct⁹ mulatrūq̧ spicarum meti criciter pleiados occasum emundari vt speltam nasci & in Babylonio agro: i Bactriano: i Susio: & i Inferiorẽ Syria: Apud nos nup seri cœpta: Seritur autē mēse. Martio & aquis clausis irrigatur:

HOrdeum iu cibis antiquissimum fuit: Polētam græci ex eo conficiunt & potum plurimæ gentes apud quas vini penuria est: quem Ceruisiam & Zithum vocant a Dionysio primo monstratum: Panem vero ex hordeo maioribus vsu tatum vita damnauit datumq̧ est teste Plinio quadrupedib⁹ Ptisanę inde vsus laudatissim⁹: Marti. de hordeo. Hordeum Polenta Zithus Ptisana Distichū Hordeum

Mulio quod nō det tacituris accipe mulis.
Hæc ego cauponi nō tibi dona dedi:

Hordeum inter primas fruges demetitur: In chalcia Rhodiorū insula locus quidam est in tantum fertilis vt suo tempore satū demetant hordium: sublatumq̧ protinus serant: hordei genus est quod alii distichum: galaticum uonnulli vocant vt scribit Columella in secumdo: Ponderis & candoris eximii adeo vt tritico mixtum egregia cibaria familliæ præstet. Distichū Galaticū

Secale

SEcale nigritia triste gracili stipula prouenit verũ fœcũda ad arcendũ famẽ tantum vtile: nã precipuũ est pondere: panis ex eo nõ probatur sola tenaci amaritudine quã mitigat Far admixtũ & tñ sic quoq; igratissimus ventri est. Apud Insubres & circumpadanos: milium illi miscetur panemq; meliorẽ præstat. Secale aũt licet amarũ admittit vermiculũ rodentem frumenta qui Cis dicitur: vt Ips vites: Sis vestes: Trips ligna: & midas fabã de quo Theophrastus & Plautinũ illud in Aularia: reperi nõ quod in faba reperisse pueri clamitant

Midas

Milium

MIliũ miliariæ nomen auiculæ dedit ex eo panis fit multifariã & qdẽ pdulcis: q priusq̃ refrigescat sine fastidio potest absumi vt testatur Coumella in secundo. Est & miliũ quod Indicũ nominabimus ex India aduectum neoterici milicam dicũt colore nigrũ siue rubrũ & vt Pli. inquit amplum grano: harundineum culmo adolescit ad pedes altitudine septem pregrandibus culmis: Lobas vocant: omnium frugum fertilissimum. Milio Panicum haud granis dissimile predensis tantũ aceruat granis: & paniculis lobulis ue quodammõ racematur: ex eo panis raro fit: at coquendo omni frumẽto magis crescit. Diocles a frugis dulcedine mel frugum appellauit: inter frumẽta ęstiua est & Sisama numerãda ex indis veniẽs. Est & auena q̃ ad cibaria fere iumentorum seritur. Est Git quoq; nigellum: & Lolium pessimum vertiginem & vomitum inducens.

Indicum milium
milica
Lobæ
Panicuu
mel frugũ
Sisama
Auena
Git
Lolium
Faba

FAba hebetat sensus isomnia facit ob id Pithagorica sententia in cibis dãnata: siue q; animæ mortuorũ sunt ĩ ea: qua de causa & parentalibus & emortualib⁹ interdum diebus adhibeť. Flamen quoq; dialis vt scribunt Festus & Varro apud Romanos Faba nõ vescebatur: nec illã quidẽ tãgere noiare ue iure poterat vt refert Aulus Gellius quoniã in eius flore literæ reperiunť quæ luctum & lamẽtationem indicãt vt tradit Pli. Quinetiam Herodotus autor est Aegytios fabam in sna terra neq; admodũ serere: neq; natas aut crudas aut coctas comesse Sacerdotes vero nec aspicere sustinere haud mundum id legumen esse arbitrã: es. vñ facile crediderĩ Pythagorã philosophũ qui in ægyptum discendi gratia profectus sacerdotum arcana mysteria cognouerat fabas damnasse: quid aũt super hac re senserit Aulus Gellius in noct. att. & alii: & q̃ id Cyamus significet non me preterit. Fabæ genera sunt albicans & nigra: hinc fabis vsus est Pericles ad sortem: cum athenienses milites in obsidione Samiorum tedio afficereť: nã quib⁹ albafaba ob=

Faba parẽtalibus

Fabæ genera

uenerat epulari: atq; in ocio esse pmisit cæteris pugnẽtibus: Icircop posteri dũ voluptatib⁹ idulgebant illum diẽ ab alba faba nuncupare orãt soliti vt scribit Plutarch⁹: Aliter more thracię gẽtis alb⁹ lapillus faustos dies: niger infœlices notabat: Quod in summo fabę nigrũ adhęret hilum appellãt: id quia minimũ nulli⁹ est precii pnihilo ponitur. Cicero Sysiphus versat saxũ sudans nitendo nec proficit hilum: At ei⁹ folliculi Valuoli dicũtur autor Festus: apud nos fressa in cibis nõ improbatur oleo & aromatis cõdita: cõchen quidã credidere: vñ Martialis.

Alb⁹ dies
Hilum
Valuoli
faba fressa
Cõchis

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa.
Lautorum cœnas sæpe negare potes: Quo disticho fabaceam viridem alii interpretãtur: nonnulli genus leguminis apud Iuuenalem.

Vicia

VIcia arua piguescũt siccitatẽ ex õnib⁹ q̃ serũtur maxiẽ desiderat: vt refert Plini⁹: ad triplicẽ vix puenit fructũ cũ cętera legumina puentum habeant vberiorẽ: vñ Maro tenuẽ fructũ viciç dixit in georgicis. Est autem a vinciendo quod itẽ capreolos habet vt vitis: quibus sursum vorsũ serpit: & scapum lupini aliumue calamũ ad quẽ hæreat solet vincire: vt scribit. M. Varro i re rustica: ab ea Viciarium cribrũ recte dicem⁹ quo Vicia ipsa e frumẽto si mixta fuerit tollit: At Vitiarium erit plãtariũ vitiũ ad viui radices faciendas quæ postea transferantur ad arbusta:

Scapus

CIcer apud nos tria habet genera: album: subrubens & nigrum: de quibus Auicẽna i secundo Est & Cicercula in æqualis angelos habens veluti pilum: & cicera hominib⁹ non inutilis neq; iniocũda sapore. quę a cicercula colore tantũ discernit: nã & obsoletior est & nigro proprior vt tradit Columella disciplinę rusticę secũdo: a ciceris satione: si Plinio credimus Cicerões nomẽ acceperũt: sicut a lẽte Lẽtuli: a faba Fabii piso Pisones cognomina traxerunt.

Cicer
Ciceula
Cicera
Cicerones
Lentuli
Fabii

PIsum folia habet lõgiora qualia Eruiliæ: caules sparguntur per terram: q si adminiculum non habuerit deterius pducũt: seri debet terra facili & soluta locis apricis: est enim frigorũ ipatiẽtissimũ: eruilia ipsa eruo minor est. De illo hęc Pli. Nec erui operosa cura est: hoc amplius quam vicia runcatur & ipsum vim medicaminis obtinens: quippe per eruum diuum: Augustium curatũ epistolis ipsi⁹ memoria extax. Aristoteles in tertio historiæ animaliũ scribit eruũ lactis copiam ruminãtibus præsertim augere.

Pisum
Eruilia
Eruum

Lens

LEns duo genera habet in ęgypto nigra,altera rotũda:vt notat Plinius constat æquanimitatẽ fieri vescẽtibus ea: optima nascitur circa Pelusium oppidum : a quo Nili osttum pelusiaci nomẽ accepit. Vergilius Nec pelusiacæ curã asperna bere lẽtis. Ausonius de monosyllabis : Et pelusiaco de semine plana ter es lęns. At lẽdes capitis animalia dicẽtur Serenus.
Vnda maris Lendes capiti deducit iniquas
Et quicquid crebri defendit silua capilli.

Fasiolus
Fasellus

FAsiolus quẽ poeta in georgicis facellum vocauit velocis est digestionis & egressionis:mala i ducẽs somnia:vt est apud Auicẽnã libro secũdo Fasellus item nauicula. Propertius. Sedarit placida vela fasellus aqua:& Papinius siluarũ tertio:Quæq; secuturam teligent post terga fasellũ. Est autẽ faciolus cunctis leguminibus cãdidius vnde in senatu nostro Parmense eo refragamur:cũ faba nigra suffragemur:

Lupini
Nicolaus
Rauacaldus
Literæ homini

LVpinorum & homini & quadrupedũ generi vngulas habẽti vsus cõis:nã bouẽ vnum modii singuli vt scribit Plinius satiãt validũq; prestãt:homini autẽ vt aqua maceratus post coctionẽ pro cibario est:aliter amaritudine gẽuina improbatur. Vnde non inurbane Nicolaus Rau acaldus mihi auũculus sapiẽtię vir cõposissimę dicere solebat:litteras homini pręstare quod aqua lupinis.

Vannus
Vallum
Vẽtilabrũ
Velabrũ

VAnnum interpretatur Nonius quo fruges vẽtilãtur. At M. Var. per diminutionẽ vallũ:q cũ in ipsũ iactãt volãt leuia. Adiecit idẽ vẽtilabrũ esse quo vẽtilatur in aere frumẽtũ Festus Põpeius Velabrũ ea ratione qua euelatũ euẽtilatũ dicitur Vnde. M. Var. rei rusticæ primo: His igitur tritis oportet e terra subiactari vallis aut ventilabris cũ ventus spirat lenis:Ita fit vt qd leuissimũ est in eo atq; appellatur acus euanatur foras extra aream:ac frumẽtũ quod ẽ põderosũ purũ veniat:Et Diuus Hieronimus Mathei ac Luce tertio : Cuius vẽtilabrum in manu sua & permũdabit aream & congregabit triticũ in horreum suũ Vbi Nicolaus interpres vẽtilabro dixit in Palęstina cõtra vẽtũ purgari frumẽta veluti nunc pala Columella quoq; libro disciplinæ rusticę secũdo in eadem significatione accepit : qui & ventilatorem vocat eum qui perlongiusculum spatium iactãdo in area contra ventum fruges purgere consueuit Dicitur & fœminino genere vannus hinc poeta: & mystyca vãnus Iacchi:id est cribrum areale inquit Seruius:

Acus

Pala

Ventilator

CRibra e pellibus fiunt vt plurimum suillis crebris pertusa foraminibus ad frumenta purganda: vnde frumentaria dicuntur. Apuleius: aspernati latrones clamorem absonũ meũ cedentes hinc inde miserum corium nec cribris iam idoneum relinquũt. Hinc in adagio est aquam cribro haurire qui frustra operantur mercedes in pertusum mittentes (vt dicitur) saculũ: quoniam aquam & id genus cætera liquida vel minuta transmittit. Plautus in Pseudolo. Non pluris refert quam si imbrem in cribrum geras. Vnde Demonactes, cum e duobus philosophis iperitis vidisset alterum quædam absurda percunctantẽ: alterum nihil respondentẽ: ad amicos conuersus Nonne horum inquit vobis videtur alter hircum mulgere alter cribrum supponere, vt est apud Lucianum: & Pli. libro. xxviii. miraculũ referens. Extat Tuciæ Vestalis icestæ precatio qua vsa aquam tulit in cribro ãno vrbis sexcẽtesimo nono: ide cribrare est frumẽta cribro purgare: ex cuius pertusura excreta purgamẽta decidũt. Sunt & cribra quæ e setis equorum a gallis farinæ a furfuribus separandæ gratia excogitata Farinaria setacea & subcernicula dicunt: hispaniæ vero e lino excussoria & polinaria iuenerũt a Poline polinaria appellata & Pollintores q̃ Pollinẽ faciũt. Nõnulli ab incernẽdo hoc est cribrando icernicula dixerũt quibus frumenta emũdamus. Plinius in octauo. Decretum fecerũt ne frumentarii negociatores eũ ab icerniculis arcerẽt. Cribrũ aũt grece Coscinon: vnde Coscinonãtia diuinatio per cribra fœmellis & rusticis peculiaris.

Cribra frumẽtaria cribra — Aquã cribro haurire — Tuciæ miraculum — Cribrare — Farinaria — Setacea — Subcernicula — Excussoria — Incernicula — Coscinomantia

SExtarius mensuræ genus apud nos triuialiter appellatur quo vt metiri possint frumẽta & cõplura alia vtunt: ãtiquitus tam aridis q̃ liquidis seruiebat: veluti chorus ĩ Iudæa ex modiis. Modius ipse capit duo & viginti sestertia: modiolus quartam partem ipsius modii at Medimnus sex modios: alii medimnum modiũ interpretantur: variæ sunt eni sup huiusce modi mẽsuris sentẽtiæ p locorũ cõsuetudine platæ: vt hodie quoque videmus: Hemina quoque dimidiũ sextarii in aridis & liquidis q̃ & Mina. M. Cicero officiorum secundo. Si emere iquit sextarium aquæ Mina cogeret. Aulus Gellius noctiũ atticarum tertio. Si e sextario hemina fusa est nõ dimidiatũ sextariũ fusum dicẽdũ est: sed dimidiũ. Et Plini. in. xviii. Quartarii faris aut heminæ cõferẽte populo. Vbi quartarium nominauit qui sextarii quartã partẽ cõtinet. Verũ a maioribus vrna dicebatur quatuor capiẽs sextarios: sicut cõgius sex: a quo Nouellius Tri

Sextarius — Chorus — Modius — Medinus — Hemina — Mina — Quartarius — Vrna — Congius

congius Mediolanẽsis potator egregius cognomẽ traxit trib⁹ Congiis vno impetu siccatis. Sextarius ipse vncias viginti vt inquit Festus.

Radium

RAdium a radendo vt nomẽ indicat dicemus quo mensuras radimus & deiecto cumulo coęquamus. Plautus Dii deæq; omnes tantam nobis lætitiam tot gaudia sine radio cumuletis: nõnulli Hostoriũ: quo pręcipue vtimur ad frumẽta cũ veneunt & legumina corradenda.

Hostoriũ

Culeus

CVleus saccus e corio linea tela vel canabina quem ad frumenta portanda & innumeros vsus habem⁹. Pli. in. vii. Iuuius valens meruit in pretorio Diui Augusti cẽturio vehicula cũ culeis donec exinanirent̃ sustinere solitus: saccus ipe per similitudinẽ vt volũt a sago veste militari ęqualiter lata nomẽ mutuatur Diuus Hierony. de Iudith hebrea muliere quæ Holophernẽ interfecit videt̃ Ascopã pro Culeo vtre ve posuisse. Culeus itẽ genus mẽsurę. xl. capiẽs vrnas. Vnde Doliũ sesqculare legimus. & Culeus parricidarũ pœna. Eculeũ autẽ in suppliciis: & aculeũ in vespis crabronibus ac apibus sciunt oẽs: A frumento saccum frumẽtarium dicemus quemadmodũ apud veteres a vino vinarium quo Vina spissioria colabantur: & a niue niuarium: de quo Martialis. Attenuare niues norunt & lintea nostra Frigidior colo non salit vnda tuo. Sed iam tempus est vt per Turrim ad fastigium ascendamus.

Saccus

Ascopa

Culeus

Eculeus

Aculeus

TVRRIS ET TECTVM CAPVT. XII.

Turris.

t VRRES Cyclopas primos instituisse placuit Aristoteli: at Theophrasto phœnicis Ouidius Cybeli magnæ deorum matri inuẽtionem tribuit: quod ideo fingitur quia tellus est in qua sunt vrbes turritæ: vt Lucretius & diuus Augustinus testantur Dicuntur autem a toruis secundum Varronem siue a terendis hostibus queadmodũ arces ab arcendis: nã ad defensionem & tutelam in altũ turres erectæ sunt: Est & in eis colũborũ sedes. Mar. in tertio. Sonãtq; turres plausibus columbarũ. Pli. de colũbis. Earũ amore insaniũt multi: ac sup tecta exędificant turres his nobilitatẽ & singulares originẽ narrãt. Vtere iã exẽplo L. axius æques roman⁹ añ bellũ ciuile Põpeianũ denariis quadringẽtis singula paria vẽditauit. vt M. Var. tradit. Et palladi⁹ Colũbariũ inquit accipere potest vna sublimis turricula i præ

Arces

Columbi.

colũbariũ

torio constituta leuigatis ac dealbatis parietib⁹: nã colore albicante præsertim delectãtur columbi. vt refert Columella: Ouidius Aspicis vt veniãt ad candida recta colũbæ Accipiat nullas sordida turris aues Hic loca earũ tectorio & albario incrustanda dealbãdaq; esse tradiderunt: siue ne musculi ita facile introrepant: qui ouis pullisq; colũbinis solent obesse: proprie aũt locus in quo columbę habẽtur Peristerotrophiũ grȩce est latine colũbariũ: nam peristeris colũba: Inde peristereos herbe colõbis admodum familiaris: A culminibus dictas existimat Varro q̃ propter timiditatẽ turres & sũma loca petant: nõnulli a voce primis syllabis correspondẽte. Mirũ est quod legim⁹ colũbas veneri dicatas coniugii fidem non violare cõmuneq; seruare domũ nisi cælibem aut viduã reliquere & imperiosos mares subinde etiam inicos ferre suspitionem tamen esse inter eos adulterii q̃uis natura non sit viuunt ãnis octonis quemadmodum turtures Nidificant vel in foraminibus parietũ vel in locis distinctis lateribus tabellisue: quę loculamẽta & colũbaria dicem⁹: Sed & fictilia & e viminib⁹ nõ inprobant. In magnis reb⁹ iternũtię fuere quod inuisse videtur Iuue. Tãq̃ a diuersis partib⁹ orbis anxia prȩcipiti venisset epistola pẽna: nam epistolas ãnexas pedib⁹ obsidione Mutinẽsi in castra cõsulũ pertulere Dec. Bruto mittẽte autore. Pli. & Frõtin⁹ scribit Hirtium litteras collo colũbe sera religatas ad Deciũ Brutũ mutinæ obsessum ab Antonio misisse Est colũboꝝ genus vilaticũ qui saxatiles & liuię: sũt Miscellę: sũt Palũbes ĩ arborib⁹ nidificantes & campos habitantes hinc dixit Arist. in primo hist. animaliũ cãpos palũbes. mõtes Vpupæ: cũ hominib⁹ colũbi habitant per quos domesticos siue Cellares intelligit: cibo domestico cõtẽtos: & itra ædes mẽstrua fætura passim nobiscũ deuersãtes quoꝝ pulli prȩcæteris cõmẽdãtur in cibis Pipiões vocant: Palũbes ipsi torquẽ collo p̃ferunt: Iñ torquari: Mart: Inguina torquati tradãt habeantq; palumbes. Non edat hãc volucrẽ q̃ cupit esse salax. Turris autẽ ita cõtignationibus innumeres crescere ita in altũ tolli potest: vt ipsa sola sit tota fere domus: In imo cellulæ penuaria veli vinaria: mox per gradus cœnatio cubicala coquina bibliotheca armamẽtariũ (reliqua taceo) haberi possunt satis cõmode. Ex huius igitur recti quę sequitur disposione: quorũcũq; tectoꝝ concatenationi necessaria notabis. siue pectenata siue testudinata magis placuerint

Peristerotrapheum

Loculamẽta.

Saxatiles
Leuiæ
Miscellę
Palumbes

Turris tota dom⁹

Tranftra

Raftra tigna que trāſuerſa a pariete in parietē porrigūt autore Pomp. dicere cōſueuimus. Vitru. architectus i. v. Trabes etiā ſupra colūnas & paraſtaras & ātas ponūtur in cōtinationibus tigna & axes ſub tectis ſi maiora ſpatia ſūt & trāſtra & capreoli: ſi cōmoda columē & cāterii: ſed & ſedilia in nauibus hoc nomine ſignificamus: ſi tigna extra colūnas & parietes extēdātur Menia nō faciūt: quo genere ſtructure ſuperiara ampliātur: Menius inuētor illi nomē impoſuit Tectū vero ipſum eam proprie partē notat quæ domum tegit ſed p vniuerſa domo ſæpicule ponitur: & p omni loco vſurpatur in quo tecti habitare poſſum⁹ cuiuſcūq; cæleſtis iniurie ſecuri dummodo nec fulmē erumpat nec vāt molares Diuus Hiero. Domata tecta plana & ſolaria interpretaſ. A tecto architectos dicimus: qui probe norunt ædificia diſponere: hi ſint pluribus diſciplinis ornati: litteras habeant nec quidē nimis triuiales: calleant geometricas dimēſiones arithmetricē prius edocti: teneant aſtrologicas ratiōes a muſica medicina pictura nō alieni: Architectus. n. non debet nec poteſt eſſe grammaticus vt Ariſtarch⁹: ſed nō a grāmatic⁹: nec muſic⁹ vt Ariſtoxem⁹ ſed teſte Vitr non Amuſos: nec pictor vt Apelles ſed graphidos nō imperitus: nec plaſtes vt miron ſeu polycletus: ſed rationis plaſticę non ignarus: nec denuo medicus queādmodū Hippocrates: ſed non Amatrologicus: nec ceteris doctrinis ſingulariter excellens ſed in his non imperitus.

Menianū
Tectum
Domata
Solaria
Architectus
Agranmaticus
Amuſos

Tibicines
Pilę
Paraſtatæ

Ibicines in ædificiis tigilla ſunt ueluti Pilæ ſtelę ue & paraſtatę tecta iuuantia: dicti a ſimilitudine tibiis canētiū vt Pomp. teſtatur: quia ſicut iſti ſuſtinent atq; iuuāt cātantes ita illi ſuſtentā ædificia Iuue. Nos colemus vrbem tenui tibicine fultam: In textina quoq; tibi cines ſunt Naſo in faſtis: verſabat ſtantem tibicine tellam: At caprioli a ſimilitudine capreolo; quibus vites & cucurbitę adherent ramuſculis erunt tigna tectum cōcatenātia. Paraſtare vero proprie vt quidem volunt lapides pilarum fere modo appoſiti columnis: nā & aliis apponūtur: A pilla oppilare eſt pilis vel ligneis vł lateritiis tectum firmare. Seneca terremotus inquit pilas operibus ſubditas diſſipat & edificia pilati agere Vitruuio: pilæ quoq; formas ſphericas notant quales ſunt pilæ pugillatorię & ille quas Scarabei in iumētorum ſtercus emiſſo (vt dicitur) ſpermate rotūdant: & auerſis pedibus volutando condunt: Hinc Auſonius non ab re Marcum neſcio quem poſticonem emaſculatorem

Capreoli
Paraſtate
Pilę

pediconẽ ve in illa Pithagorea Palingenesia id est regene ratio ne scarabeũ futurũ asseueranter affirmat.

Delicia: DElicia tignum est quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigiatum collocatur: vnde tectum deliciatum & tegule deliciares: inquit Pompeius

Templum: TEmplum tigillum notat quod in ædificio transuersum ponitur supra canterios. Vitr. archi. li. v. Et canterii prominentes ad extremam suggrum dationem: supra canterios templa. Sunt enim canterii & tigna in tectis adhuc nomen pristinum retinentia non formam tamen (vt videtur) spetiẽue: Templum item ædificium deo sacratum: quod fanum a fãdo dixerunt & locus manu auguris baculo incuruo qui est lituus ad captanta auguria designatus: vnde extemplo & contẽplari deducta. Põpeius Ambrices inquit regulæ sũt quæ trãsuersæ asseribus & tegulis ĩterponũtur: vbi per asseres cãterios nostri temporis etiam imtelligemus.

Canterii

Fanum

Lituus

Ambrices

Imbrices: IMbrices quas tegulas a tegendo passim appellamus dicuntur proprie quibus incuruis domus ac ędificia tegũtur vt a pluuia sole a reliqnis huiuscemodi defendantur aquã receptam deducendo hinc Strabo libro. xv. scribit seleuciam imbricibus non vti cum imbribus careat. Ouidius Tunc quo que cum solem nudum prohibebat & imbrem tegula Prim9 cyniras Agriopę filius tegulas quæ plane sunt inuenit: Tabulis ꝓ maiori parte apud veteres domos tectas fuisse inditium est ꝙ inde taberne appellatæ: & Plinius scribit ex Cornelii nepotis autoritate romam scandulis opertã vsqꝫ ad regis Pyrrhi bellum ãnis quadringentis septuaginta: nam scandulæ quasi scindulæ tabellæ sunt: non serra: sed bipennibus producte trũco desecto veluti plancæ: quibus ad plurima vtimur: vnde tectum scandulare Apuleio: nisi potius a scandendo. Alii crustis marmoreis tecta contegunt vt omnis fere montium accolæ: plumbeis quoqꝫ laminis nõnulli: septentrionales populi harũdine. hinc Plinius. xvi. Principatũ in his tenebũt harundines belli pacisqꝫ experimentis necessarię: atqꝫ etiam delitiis gratæ Tegulo enim earum domus suas septentrionales populi operiunt: durantqꝫ eius alta recta: In reliquo vero orbe & cameras leuissime suspendunt quę inde cannitię nominantur: Dixim9 & apud Indorum populos e superficie testudinum habitabiles casas contegi: & apud ichthyophagos ostrearum & cœtarum conchis cooperiri. Græci subdialia pauimenta excogitauerę

Tegulæ

Tabernę

Scandulæ

Plancæ

Tectum Scãdulare

Diuersitas tecti

Mapalia quibus domos tegerent locis maxime tepētib⁹:qualibus nūc vtitur cāpania:mauri scirpis palustribus sua mapalia:quæ nos tuguria & gurgustiola:germani materia informi citra spetiem aut delectationem domos contegunt:nam penes illos:vt scribit Cornelius Tacitus:tegularum vsus non habetur. Culmis vero antiquiores tecta concinasse etiam scriptoꝝ monumētis apparet vndę & culmina nomen traxere. Seneca ad Lucilium Culmus liberos texit:sub marmore atq; auro seruitus habitat.

Pectenatū Tectum Testudinatum PEctenatum tectum dicimus in duas partes deuexum a similitudine pectinis: quēadmodū testudinatū in quattuor:de quo Vitru. architect⁹ in secūdo tecta recidentes ad extremos transtra traiciūt gradatim cōtrahētes:& ita ex quatuor partibus ad altitudinē educūt medio metas quas luto & frō de tegentes efficiunt barbarico ritu testudinata turrium tecta. Columella .xiii. Inter se accliues testudinato tecto tuguriorū virescētem ficum a rore & interdum pluuia defendunt.

Stillicidiū STillicidium quid significet ostendit Vitru. architectus lib.ii.sic scribens: Fastigia facientes luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant:nomen a stilla mutuatur: vt docet Seruius honoratus. Per id.n.stillæ decidūt in impluuiū stilla ipsa per diminutiomē est astiria quæ guttam pendentem notat. Pli. distillantes hiberno gelu stirias. Rhemius palæmon grāmatic⁹ Vincētinus interrogatus quid stilla a gutta differet. Gutta inquit stat stilla:cadit:autor Eusebius in cronicis: Quæcunq; aurē sub stillicidio tectis affiguntur ex opere figlino āte fixa dicūtur.

Silla Stria Gutta Antefixia

subgrūdia Geisa Hypo geison. SVbgrundia partes tecti pminentes appellam⁹:quæ græce γεσσα hinc hypogeison aizoi genus in subgrundiis fere nascens nomen accepit:vt Plini⁹ in.xxv:interpretatur:Labeo Proiecta inquit sunt quæ ita prouehuntur vt nusq̄ conquiescant cuiusmodi sunt Meniana & Subgrundia:quę vero haberent aliquid vbi cōquiescerent Immissa nō proiecta vocabātur vt scribit Iabolenus Iureconsultus de Verborum significatione: Suggrundaria vero antiquiores dicebant sepulchra infantium qui nec dum.xl.dies implessent:autore Fulgentio.

Suggrūdaria Tubuli TVbuli per diminutionem a tubis dici possunt canaliculi siue potius ligna canaliculata:quę sub stillicidiis ponunt imbrium gratia ad cisternas colligendorum siue in vna tātum impluuii parte:aut extra impluuiū deriuandorum:ne stillę cadentes lateritium marmoreūue cauedii pauimētum corrūpan

Proprie tamen tubi teretes sunt:canales vero a cannę similitu= dine:quas nauicellas triuialiter appellant semirotundi : vel po= tius semiteretes aptiores ad aquas pluuiales colligēdas : vt tubi ad meatus subterraneos.Pli.Pinus picez & alni ad aquarū duc tus in tubos cauantur:Verum diuturniores vt essent e plumbo veteres factitarunt. Tubi Canales

CVlmina fastigia & summitates ædiū inde nomen traxe= runt q ante vsum tegularum tecta culmis tegebāt : ve= luti etiam hac nostra ętate pagani in tuguriolis cōsueuere.Fa= stigia ipsa summitates ædium sunt & murorū. Suetonius in Augusto: vt supergressa fastigium templi ad cœlum usq; fer= retur sed etiam scrobiū fastigia dixit vates Andinus. Proprie tamē fastigium est quod erigitur a tota parietū latitudine sen= sim in acumen:non aliter q̄ forma pyramidalis in quo columē tignum culminarium ponitur:hinc M.Cicero Officiorum ter tio:Operi incohato prope tamen absoluto tanq̄ fastigiū impo nimus per quod finem voluit significare. Culmina Fastigium Columen

A FASTIGIO igiť huiuscæ domus meę a fundamentis in= cœpte imposito:libellam:normam:perpendiculū:marculum: trullam:dolabrā:asciam:terrebellum:serram: roncinā: circin= num:securim:& id genus cętera arma fabrilia opere pacto col ligens descendo structurā miraturus:an ad amussim erecta sy metriæ corresp̄odeat: Sed quoniam de ædificio cementarius redemptor non iudicat:si qui ociantes videndi gratia intraue= rint(modo liuor absit)iudicent meo periculo an sit elegāti spe= cie frequentanda:an cacodemonibus penitus incursantib⁹ de serenda.Ipse equidem cum aurea illa Neroniana(quod sine ar= rogantia dictum sit) HANC GRAPALDINAM qualiscūq; sit nō p̄mutauerim:cui te in primis iudicē patronū(si meretur) & assertorē nūcupo. Neq;.n.me fallit fore aliquos ex his qui meliores dānare malūt q̄ imitari:q ex genuina sophisteia hæc nostra acutis naribus cōtracto supcilio caperata frōte cōdem= nent:nō cogitātes quālibet domū:omni etiam(vt videtur)par te pfectam quandoq; perstillare. Grapaldinam

Georgii Anselmi Nepotis.

Prisca fides sileat radiantia tecta Neronis:
Luculli nitidas marmora secta domos.
Maius opus struxit Marius cui liuor & ignis
Ipsaq; nō poterit longa nocere dies.

❡Tabula literarum grȩcarum cum regulis legendi grȩcum.

❡Literæ apud græcos sunt quatuor & viginti.

Alpha α a	Vita β b	Gãma γ g	Delta Δ d
Epsilon ε e	Zita ζ z	Ita η e longum	Thita θ th
Iota ι i	Cappa κ c	Lambda λ l	My μ m
Gni ν n	Xi ξ x	Omicron ο o	Pi ϖ π p
Rho ρ r	Sigma σ s	Taf τ t	Ypsilon υ y
Phi φ ph	Chi χ ch	Psi ψ ps	Omega ω o manum

❡Propriȩ Dipthongi sex.

αι æ	αυ af	ει i	ευ ef	οι i	ου u
αιγισ	αυτικα	εισ	ευγε	οιμοι	ουκουν
ægis	aftica	is	efge	imi	aucun

Regulæ legendi græcum

❡Ex his propriis noibus elementoꝝ capiãtur primæ literæ & fiãt syllabæ: vt Pi & Alpha facit pa Taf Epsilon Ro facit ter pater: excipiuntur θ φ χ quæ accpiũt cum prima sua littera aspirationẽ & ψ quod assumit sibi s cum p: vt ψαλλο psallo.

❡β sonat u cõsonãtẽ βαρβαροσ varuarus & transfert β aliqñ in nostrũ p βαρβαροσ φοιβοσ barbarus phœbus βαβαι pape

❡Græci.n.non habent ꝓlationẽ b nisi qñ μ ꝑcedit π tũc π sonat b vt πεμϖω Pembo

❡γ ante γ κ χ ξ sonat ν vt αγγελοσ angelꝰ αγκοινη ancini ελεγχει sortitus est απανξα apanxa.

❡Vocalis finiẽs dictionẽ seqnte vocali elidit̃ & fit Apostrophes collisionis nota: sed aliquando vt seruet̃ vocalis apponit̃ ν vt εστιν ꝓ εστι & reliqua alias exactius vt κομαξο pro κομασλο & reliqs formulis apponam.



Impressum Parrhisiis cura & diligentia
Georgii Biermantii Brugeñ expẽsis
Ioannis Granion. Anno Dñi mil
lesimo quingẽtesimo vnde
cimo 20 die mẽsis Nouẽ
bris In prȩlo Cȩsareo

Il.